

10

1675
No. 26

AUTHORE DEO!

Nobiliss. Facultatis Juridicae

assensu

DISPUTATIONEM JURIDICAM

de

JUDICIO IMPERATORIS
EXTRAORDINARIO,

ex

L. Uln. C. quand. Imp. inter Pupillos vel Viduas &c. cognoscat.

sub moderamine

Dni. AUG. BENED. CARPZOVII,

U. J. D. & PP.

in

ACADEMIA PATRIA

die 20. Maji 1675.

Solemniter proponit

AUTOR

GOTHOFREDUS BARTHIUS, Lips.

Typis RITZSCHIANIS.



ex-
rue-
am-
dici
ntra
e:
dec.
re
m
xce-
pro-
rto-
terd.
, ei-
ju-

ica.
is &
e, de
2. 6

m in
er de-
opus

erunt

tem-

nt,

1581



VIRIS
PRÆSTRENUO, MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
ATQVE CONSULTISSIMIS

Dn. CHRISTIANO LAURENTIO
ab Adlershelm. Potentiss. Electoris Saxoniae à Ca-
mera Consiliis; Scabinatus Lipsiensis, Assessori; ejusdem-
que Reipublicae Consuli undiquaque splendidissimo.

Dn. JACOBO BORNIO. HERE-
ditario in Silmersdorff/ U. J. D. edecumato; Col-
legiorum, quae Lipsiae sunt, Curiae Supremae; Facultatis Juri-
dicæ; Scabinatus Electoralis; & Consistorii Assessori
spectatissimo, Patriae Pro-Consuli bene merentissimo.

Dn. WOLFGANGO HENRICO
DREWERO. U. J. D. Famigeratissimo; Dicasterii
Provincialis, quod in inferioris Lusatiae Marchionatu est,
Assessori dignissimo; nec non Reipubl. Patriae Praetori æ-
stumatissimo.

Dn. ADRIANO STEGERO. JCto,
celeberrimo; Patriae Aedili Prudentissimo; ut & Re-
dituum metallicorum ac Fodinarum Mansfeldensium In-
spectori Gravissimo. &c. &c.

INCLYTIS REIPUBL. LIPSIENSIS

STATOIBUS.

DOMINIS MOECENATIBUS, PATRONIS AC PROMOTORIBUS

MEIS SUBMISSO COLENDIS,

FELICITATEM!



v. §. 33. de
Action. ibi-
que Dd.



v. l. 20. ff.
de Donat.

I eum, VIRI MAGNIFICI atq;
AMPLISSIMI, qui solâ fortè *inten-*
tione erroneâ, plus quàm ad se perti-
nuit, complexus fuit, dignū judicavit
veneranda Antiquitas, ut ob temeritatē suam
totâ causâ caderet; Quantò magis ego nunc
Leges verecundia transgressus videbor, dum
Favorem Vestrum, quem adhuc nullatenus sum
promeritus, nec satis etiam unquam demereri
potero, ambire atq; sollicitare non vereor. Ve-
rum novi singularem *Vestram* Benevolentiam
atq; Humanitatem ergâ Clientes propensissi-
mam; quâ etiam fretus confido fore, ut inten-
tione & spe meâ apud *Vos* haut omninò exci-
dam. Adhuc tamen rogo nihilominus obni-
xè, velint *Vestra Magnificentia* hanc insignem
meam audaciam gratiosò nutu sublevare, in-
simulq; præsentem *Disputationem*, quam de-
misissimo mentis adfectu ad pedes VV. MM.
in symbolum debitæ observantiæ ac veneratio-
nis, depono, benevolò amplexu dignari. Nam,
etsi-

etsi c
aras
thesi
subli
nus t
facil
ob c
Acc
nub
non
dun
veri
vaca
latis
VIR
stite
Fide
fusc
pro
supp

etsi quidem majores, apud *Tantum Numinum*
aras, offerri deberent hostiæ, quàm vilia hæc
thesium Lemmata, quæ *Vestrorum* Meritorum
sublimitatem minimè attingunt; Nihilomi-
nus tamen, *cum in parvo tam magni nihil existat*; Novell. 29.
C. 5.
facile quoque me impetraturum spero veniam, si
ob defectum thuris molâ tantum falsâ litem.
Accedit, quod, uti Aquilæ non semper supra
nubes elevatæ pervolitant, sed remissioribus
nonnunquam pennis terram versus descen-
dunt; ita nec ego ambigem, quin & *Vos* à se-
verioribus cogitationibus nonnihil aliquando
vacantes, humilioribus hisce, à terræ filio ob-
latis, locum sitis indulguri. Cæterum valete
VIRI MAGNIFICI, ac bono Reipublicæ fau-
stiter perennate! Me verò, ut in Clientelam,
Fidem, & Patrocinium *Vestrum* benignissimè
suscipiatis, studiaque mea favore & auxilio *Vestro*
promovere haud denegetis, etiam atque etiam
supplico.

Vestrarum Magnificentiarum atque
Amplitudinum
devotissimus Cliens
GOTHO FREDUS BARTHIUS.

Legum Doctissimo
DN. GODOFREDO BARTHIO

S. D.

AUGUSTUS BENEDICTUS CARPZOU, D.

QUam hisce diebus mihi exhibuisti Dissertationem de privilegio fori, personis miseriam dignis, à religiosissimo Imperatore concessa, curate conscriptam, talis omnino est, ut auctoris sui & pietatem & insignes in aequi bonique arte profectus haud obscure ostendat. Scilicet quemadmodum divinarum humanarumque rerum notitia, justis atque injustis scientia, quam Jurisprudentiam salutamus, non de stillicidio solum, aut flumine ex aedibus vicinis recipiendo, neque de pecoris actu, aut ad aquam appulsu, aliisque hujusmodi praecipit, sed ea etiam ditat, quae ad religionem, pietatem, lenitatem, commiserationem, aliasque virtutes in sacro etiam Codice imperatas, pertinent; ita quam minime eos errare existimo, qui dum industriae & profectuum suorum specimen aliquod doctis edere intendunt, in tali argumento elaborando occupati sunt, quod & singulare est ac eximium, & piam Legislatorum Romanorum curam edocere potest. Et hoc nomine praesens Tua commendari meretur scriptio, eruditissime Barthi, quando piissimi Principis in iuvandis pupillorum, viduarum, aliarumque miserabilium personarum desideriis, affectum ex Legum civilium promptuario erudito orbisistis, & quam fideliter haecenus ac assidue tractaveris Divam nostram, Extraordinarium Imperatoris iudicium, testimonium exhibes, omni exceptione majus, in quo praeter dictionem latinam artificiosa dispositio, argumentationes evidentes, rationum pondera, autoritatum allegatio circumspecta, refutationes solidis juris rationibus nixae artificem haud leviter produnt. Unde spes non exigua est, fore, ut quae inde bonis & eruditis innotescit Virtus Tua, dignis excipiatur praemiis, & opera, quam haecenus in Jurisprudentiam addiscendam egregie locasti, fructus feras ex merito. Bene vale. Dabam rapum è museo, d. 15. Maj. 1675.



AREOPAGITARUM MORE

ἀνευ προοιμίας.

SECTIO I.

Continens textûs Externa

ejusq;

Interpretationem Literalem.

§. I.



Ausa textûs nostri Efficiens designatur

Imp. Constantinus : Magnus scil : ille, ob rerum gestarum magnitudinem (qvæ & cognomen ipsi dedere) satis conspicuus. Vixit Sæculo IV. Natus vero An. C. 272. Vid. J. G. Cuspinian. aliàs Epitker U. J. D. & Consul. Heilbrunn. in Theatr.

Cesar. h. & quidem non in Britannia, uti vulgò habetur, sed apud Naissum in Dacia oppidum. Vid. Chron. hist. Goth. in Cod. Theod. f. 11. & 17. Constantio Chloro Imp & Flavia Julia Helena, Celi Regis Angliæ filia, legitimis Parentibus. J. Cluv. hist. l. 8. in vit. Const. & Lic. p. 326. Ad clavum Reip. evehctus est An. 312. attestante. Sleid. de IV. Monarch. l. 2. p. m. 208, vel secundum alias Ao. 306. vid. Joh. à Felde in Elem. Jur. p. 4. a. 9. §. 2. p. 928. Goth. in Chr. Theod. p. 5. Motò autem adversù Persas Mesopotamiam vastantes bellò, Nicomediæ, non absqve veneni suspicione, vitam expiravit. Ao. C. 337. d. 22. Maji. in ipso III. die Pentecost. vid. Sleid. l. c. Corv. in Font. Latin. h. v. & plura alia apud Euseb. in vit : Const. M. c. 22. & seqq. & Joh. Cluver. in hist. ejusd. l. 8. p. 325. cum seqq.

§. 2. Vidimus Rescribentem, videamus nunc personam, ad quam Constitutio hæc scripta est, qvæ appellatur Andronicus. Cujus cum nulla alibi in Jure nostro occurrat mentio, teste Goth. in not. ad C. Theod. l. 1. t. 10. f. 58. nec sciri adeò exactè potest, qualisnam fuerit. Fuisse autem Præsidem aut Præfectum loci aliqujus, improbable non videtur.

A

§. 3.

D. privilegio incesso, & in scilicet atq; llicidio s actu, am di- eratio- inent; & pro- in tali ac exi- test. Et itissime vidua- tum ex ter ba- riarum eptione, argu- allegatio tificem va inde emis, egregie raptum



§. 3. *Subscriptio* duo continet, LOCUM & TEMPUS. LOCUS ex quo emissa est hæc constitutio, est Constantinopolis: Urbs Thraciæ vel solo nomine notissima. Dicta olim ea est à primis suis conditoribus Megarensibus *Byzantium*, quam deinde à Septimo, Duce Pausania, dirutam restauravit Constantinus M. eoqve sede Imp. Orientalium translata, nomine suo Constantinopolin & Novam Romam appellavit. Expugnata vero est à Mahumete An. C. 1453. Imperante Frid: III. *quâ de vid. veterem Graciam Ubbonis Emmii lib. 5. tom. 1. & 2. it. Petr. Gyllium in Topograph. Constantinop.*

§. 4. TEMPUS indicatur duobus modis, (1.) *generaliter*, Anno: qui est à nativitate Christi 334. itemqve consulatu Optatii & Paulini. Eò enim anno Publium Optatum, nec non Anicium Paulinum Juniolem fasces consulares gessisse, Historiographi conspirant. (2.) *Specialiter*, designatione Diei, scil: XV. Kalend. Jul. i. e. die 18. Julii.

§. 5. A Rubro ad nigrum nunc pergendum & aptanda etiam nobis singulis textus verbis congruens interpretatio est, cum Ulp. in l. 20. §. 6. in fin. ff. d. H. P. *Subiectum* igitur, cujus in favorem Constitutio hæc introducta est, sunt *Personæ Miserales*, *Armselige Leute* ut ex Rubrica abundè patescit. Nominantur autem in textu quatuor potissimum earum genera. (1.) enim occurrunt PUPILLI. Qui in l. 239 ff. d. V. S. describuntur impuberes, qui in patris potestate esse desierunt aut morte aut emancipatione: cui ad stipulatur quoque Glos. ad l. 1. ff. & C. ubi Pupill.

§. 6. II. VIDUÆ. quæ sunt fœminæ, quæ vitam post mortem maritorum agunt solitariam. *can. 16. dist. 34.* Nam etsi interdum laxius paulò vocabulum hoc usurpari non nesciamus, ita scil: ut non solum ad fœminam, quæ aliquando nupta fuit; sed & ad virginem, quæ sui Juris est, extendatur. in l. 242. §. 3. d. V. S. uti quoque Ecclesia inutilem habens Episcopum sponso viduata dicitur, in c. 2. §. sed neque. extra de transl. Episc. Nihilominus tamen cum significationes hæc magis ex allusione & notatione nominis, quam Sermonis proprietate descendant, ut ipsemet *JCtus* in d. l. 242. §. 3. satis testatur. Malum h. l. id ipsum in sensu suo maximè-famosiori ac magis proprio accipere, eò nimi-

nimirum quo exposuimus modò. *arg. l. fin. C. d. his qui ven. etat. §. 2. l. de I. N. G. & C. fac. l. 178. §. 2. de V. S.* quoniam Imp. Constantinus M. concedendo Privilegium hoc Pupillis atque Viduis procul dubio sese divinis literis conformavit, in quibus multoties Principis fidei ac sollicitudini commendantur, ac imprimis, ne à potentioribus contra Jus opprimantur: Quis verò inficias ibit, Viduam sacro in Codice vocari tantummodò marito orbam. *Carpz. Proc. Jur. 2. 3. A. 6. §. 1. n. 14. 15.* Accedit, quod & aliàs in dubio semper proprietati verborum inhærendum sit. *l. 69. ff. de Leg. 3. arg. l. 8. inf. de Aur. arg. leg. §. fin. l. qui test. tut. l. 6. ff. eod. præprimis in privilegiis, quæ stricti Juris sunt, (c. 8. vers. & ipsorum tenor. extra. de Priv.) atque hinc propriè intelligenda. Finkelth. Observ. pr. 47. n. 14.*

§. 7. III. SUNT DIUTURNO MORBO FATIGATI ET DEBILES. De qualitate eequidem & morbi genere nihil hîc exprimitur; Certum tamen est, intelligi hîc *morbum somnicum*. *arg. l. 113. de R. J. seu talem aliquam corporis adversam valetudinem, per quam ità aliquis enervatus est, ut suis rebus satis superare non possit. arg. tot. tit. C. qui morb. se excus. l. pen. pr. ff. de Vac. mun. §. 7. l. de Exc. tut. l. 10. in fin. l. 45. §. 1. ff. eod. add. Gloss. germ. ad LandR. l. 2. a. 7. n. 2. in med: qualis est Comitialis morbus, præprimis si diuturnus ac perpetuus est, & quodammodo insanabilis. arg. l. 22. §. 7. ff. Sol. matr. quique membris nocet, & dilacerando ea ad officium suum peragendum inepta reddit. l. ult. §. 1. de Exc. tut. l. 6. §. 1. d. Ædil. Edict. Secus si levis tantum, aut per intervallum temporis rediens ac recedens nullum actionibus reliquis impedimentum post se diu duraturum relinquat. arg. l. 18. ff. de Jud. l. 3. C. de Off. Pr: Prat. Orient. Nam tunc pro temporario saltim reputatur, non autem perpetuo, seu diuturno, cujus tamen ratio hîc nulla habetur. conf. l. 60. ff. d. Rejud. Pedagra autem, aut *chiragra*, licet suâ naturâ vicissitudinaria solummodò sit, ac propterea hîc regulariter non pertineat: Nihilominus tamen cum ex accidenti quandoque & ratione effectûs, corruptionis scilicet membrorum, qualitatem perpetui ac diuturni morbi induat, causa nulla est, cur intellectam hîc eandem non velimus. *arg. l. 3. C. qui morb. se excus. l. 53. de Æd. Edict. Apo-**



plexia autem quoniam privilegium d. l. n. un. alicui tribuat, nemo hominum dubitabit. *conf. Dan. Gehe tr. de Priv. & Jur. Pers. M. c. 1. §. 4. n. 2. p. 9.* Cæterum officio Judicis incumbit diligenter h. l. inquirere, num morbus, quem quis præterdit, etiam tale Privilegium mereatur. *per. l. 3. ff. Ex quib. caus.*

§. 8. IV. Pertinent hinc *Alii fortune injuria miserabiles.* Quinam verò specialiter horum appellatione veniant, expeditum adeò non est. Quidam enim planè negant, constitui verbis hisce textus finalibus singularem aliquam personarum Miserabilium classem; Sed antea nominatos injuria fortunæ adversæ, seu morbo, fatigatos ac debiles, generali tantum aliqua appellatione intelligi atque repeti. Alii contra quartum exinde miserabilium Ordinem hinc conficiunt; & ita quidem, ut generali definitione illa, ceu sub complexu aliquo, omnes eos comprehendant, qui cujuscunque fortunæ injuria aliâ (non minùs tamen gravi, quam illæ, quarum mentio hinc nominatim facta est) oppressi sunt. Seu brevius: Omnes illos, quorum fors & conditio condolentiam quandam efflagitat, quorum sententia quoque nobis videtur probabilior: Maxime cum credibile non sit, Imperatorem generali hac & illimitata verborum conceptione aliquas saltim personas comprehensas voluisse.

§. 9. Accedit quod longè plures aliæ adhuc (præter ibi recensitas) inveniuntur personæ, quæ si non majori, certè æquali commiserationis favore dignæ sunt; quas tamen hinc neglexisse aut exclusisse Constantinus neutiquam præsumendus est. Ut sunt v. g. (1) *Furiosi. arg. l. 2. ff. de Curat. fur. l. 2. §. 5. ff. Si quis caut. l. 60. ff. d. Re jud. Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 11.* & quidem indistinctè, sive intervalla habeant, sive non; quoniam hi, etiam induciarum tempore, tanquam in confinio saltim sanitatis constituti (*ut loquitur. l. 6. C. d. Cur. fur.*) pro sanis nondum habentur. *arg. l. 53. d. Edil. Edict. sed pro veris adhuc furiosis reputantur, præsertim in iis Juris quæstionibus, quæ ipsorum utilitatem respiciunt. arg. l. 6. & 7. C. d. Cur. fur. (2) Mente capti. arg. l. 4. §. 1. & 3. d. Edil. Edict. Coler. in Consil. 14. n. 25.* Quibus & summè Melancholicos adjungimus. *d. l. 4. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. q. 118. n. 18. (3) Muti. Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 11.* Secus si tantum balbutientes sint.

§. 3. I. quib. non est perm. fac. test. §. 7. de Inut. stip. (4) Surdi. arg. l. 3. §. 8. ff. d. SC. Silan. Carpx. l. c. non tamen Surdastri. arg. l. fin. ff. de leg. tut. confirm. Treutl. Vol. 1. D. 8. th. 1. lit. F. (5) Cæci. Carpx. Proc. Jur. t. 3. A. 6. n. 18. Utrôqve scil. lumine orbat. arg. l. 1. C. qui morb. l. 3. C. qui dar. tut. poss. l. 1. §. 5. ff. d. Postul. non monoculi. l. 9. C. d. Exc. tut. l. 8. pr. C. qui test. fac. (6) Omnes illi, qui ita corpore mutilati sunt, ut ad gerenda negotia sua facti sint inhabiles, ut v. g. artifex aliquis vel operarius, cui manus (fac. l. 23. §. 3. ff. ad l. Aquil.) vel pes abscissus est. arg. l. 7. 8. & 10. pr. d. Ædil. Edict. (7) Extremè pauperes, absque culpâ suâ ad incitas redacti, per l. 49. C. de Ep. & Cl. l. fin. C. de his qui num. liber. Quæ tamen paupertas cum facti sit, probari ab allegante debet. arg. l. 5. ff. d. Prob. c. 11. §. insuper. de Reser: in 6to. Menoch. d. Presumpt. l. 6. pr. 25. n. 14. Quâ ratione autem id fiat, fusè docet Gail. l. 1. O. 142. n. 6. B. D. Phillipp. ad Pr. J. Stat. 1. Cons. 2. n. 21 p. 17. & n. 30. p. 19. Carpx. Process. Jur. tit. 12. A. 5. §. 9. 10.

§. 10. In his tamen personis Miserabilibus nihil refert, naturâ tales existant, an ex accidenti tantum seu casu fortuito, Gabr. Alvarez. de Velasco. de Priv. Paup. part. 2. q. 3. n. 54. Illud solum requirit Constantinus, ut sint FORTUNÆ INJURIA MISERABILES, non culpâ propria. Jac. Bouricius. tr. de Offic. Advocat. c. 14. p. 65. Undè si cui in rixa manus amputata, oculi effossi, aut aliæ corporis partes mutilatæ sunt, huc referendus non est. arg. l. 203. ff. & c. 86. d. Reg. J. in 6to. Idem judicium ferendum est de fœminis, quæ zonam sibi solvere passæ sunt: hæ enim quia nequitiâ & libidine infortunium sibi contraxerunt, dignæ hõc beneficiõ non sunt, frustra licet renitente Franc. Viv. Neapol. decis. 521. n. 5. & 6. cujus opinionem à castis mentibus, pudicisqve auribus meritò alienam dicit Bernb. Græven lib. 1. Consid. 1. n. 3. vid. Carpx. l. 2. t. 2. R. 19. n. 13. Huc pertinet quoqve Vidua, quæ maritum occidit, aut ejus morti causam præbuit, ne aliàs præmium, undè pœnam meretur, consequatur. per l. 3. §. 2. ff. d. Mun. & hon. & c. 7. extra de Jud. Gabr. Alvarez de Velasco de privil. Paup. p. 2. q. 3. n. 51.

§. 11. His itaqve ut & aliis personis miserabilibus Imp. Constantinus duplex in h. l. n. concessit Privilegium. Et primum quidem tanquam Reis, alterum verò tanquam Actoribus.

§. 12. Quemadmodum enim & aliàs semper partes Reorum

Legislatoribus solent esse favorabiliores, ita, ut in dubio pro ipsius sententiam ferant. *c. 11. de R. J. in 6to. l. 125. ff. eod. l. 38. pr. de Re jud. l. 47. ff. de O. & A. l. 2. C. de cond. ob turp. caus.* Sic etiam hoc in loco dispositum est, ut Rei Miserab. comitatus Imp. seu aulico ipsius iudicio, sui copiam facere inviti compelli haud debeant, etiam si contra eos impetratum fuerit lenitatis suae iudicium, h. e. rescriptum aliquod aut mandatum, ut ita loquar, evocatorium, seu Citatio.

§. 13. Necessse etenim fuit antiquitus, ut conventurus alterum in prima statim instantia apud Superiorem, cui tamen Reus immediate subiectus non erat, specialiter hoc ipsum prius à Principe illo obtineret. *Vid. l. 5. §. 1. C. de Jurisdic. omn. Jud. l. 2. C. de dilat. add. Modest. Pistor. Vol. 1. conf. 30. n. 19. f. 429.* Impetratò autem Principis rescripto seu indultu citatus declinare haud potuit forum hoc extraordinarium; Imò sacrilegii instar fuit de Principali iudicio disputare. *l. 3. C. de crim. sacril.* Quandoquidem Romæ tanquam in communi Patria (*l. 33. ff. ad Municip. & l. 6. §. 11. ff. de Exc. tut.*) & in Aula Imp. commune forum erat, eòque quivis evocari poterat, etiam si neque inibi deliquisset, neque contraxisset, neque solutionem illuc destinasset, *l. 28. §. 4. l. 26. §. f. ff. Ex quib. caus. uti eleganter hâc de re differit pluribus B. Dn. D. Paul. Fr. Romanus. Patronus meus desideratissimus in Disp. de Concurrent. Jurisd. th. 5. & 12. add. Carpz. Disp. de Priv. Elect. Sax. th. 25. n. 23. Struv. S. J. C. Excerc. 9. th. 15. Mod. Pistor. Vol. 1. conf. 30. n. 16.*

§. 14. Ab hâc itaque evocandi ad Aulicum Imp. Iudicium licentiâ, excepit Miserales Personas Constantinus M. in præsentis nostrae Lege, adeò, ut ne Rescripto quidem Principis ad comparandum ibi, cogi aut compelli possint. Quorsum pertinent illa inscriptionis verba: *ne exhibeantur.* teste Perez in *Prælect. ad h. l. n. 2.* & *Modest. Pistor. V. 1. conf. 30. n. 20.* Id quod tamen Dd. limitant procedere saltim quoad mandatum generale, quò scilicet Princeps nudè tantum iussit pupillum vel aliam personam Miseralem in suâ curiâ litigare. Non autem quoad speciale, & si nominatim ac specificè in Rescripto Legis hujus Un. mentio facta sit, quod nimirum eâ non obstante comitatus suo se exhibere debeat.

beat. Vid. latius D. Joh. Sichard. in Praelect. b. n. 3. Ant. Perez. ib. n. 6. in
f. Covarr. pract. qu. est. c. 6.

§. 15. Quamquam autem, quod ita Miserales ex singulari
Privilegio Constantini habuerunt, id postea in Jus Commune
convertisse, omnibusque Provincialibus concessisse videatur
Imp. Justinianus in Nov. 86. ubi prohibet quatenus extra pro-
vinciam seu civitatem suam trahere, ne quidem ad tribunal
Principis, nisi in casu, quo Judex provincialis non servat liti-
gantibus justitiam, aut eam facere detrectat, negotium differen-
do. Per id tamen Privilegium hoc, cum Jure Communi confu-
sum minimè gentium est. Ant. Perez. in Praelect. b. n. 6. Sed reman-
sit nihilominus singularis, & à Communi Jure distincta planè
Juris species, diversos producens quoque effectus. Nam licet
sacratissimus Imp. Justinianus caverit, ne extra provinciam
ad longinqua trahantur examina subditi, nec ipso quidem Prin-
cipis mandato: Admittit tamen vocationem tunc, quando Ju-
dex provinciae circa administrandam justitiam esset negligens
d. Nov. 86. c. 1. At in nostra Lege, etiam si Judex Provinciae retar-
det cursum justitiae, tamen ne eò quidem praetextu personae mi-
serabiles extra civitatem suam in Jus trahi possunt. In quo sanè
majus conspicitur illarum personarum privilegium. D. Joh.
Sichard. in Prael. Cod. b. n. 3. Diod. Tuldenus Comm. ib. n. 2. Servanda ete-
nim Omnis cautela atque opera (non verò cautio iudicio sisti, ut per-
peram hinc existimat Accurs. vid. Goth. in Cod. Theod. l. 1. t. 10. leg. 2. f.
39.) est, ne ulla ratione terminos provinciarum suarum cogantur excedere,
ut. l. n. un.

§. 16. Sed quid? Si non extra provinciam suam, sed intrà
eam ad Principis Praetorium vocetur, v. g. si ipse pupillus vel
Vidua incolae sint Civitatis Regiae, in qua Princeps istiusque Ju-
diciu[m] Aulicum commoratur, annon tunc ad minimum conve-
niri ibidem potest? Et quamquam ob cessationem rationis in
L. h. un. allegata, Juris quoque illius dispositionem locum hinc
minimè invenire videri posset. arg. l. 32. ff. de Pact. l. 6. §. 2. ff.
de Jur. Patron. l. 77. §. 20. de Leg. 2. l. 52. §. 1. C. d. Ep. & Cl.
c. 60. extra de App. At tamen sicuti & aliàs plures alicujus rei pos-
sunt esse rationes & causae, propter quas aliquid vel fiat vel in-
ter-

termittatur. arg. l. 4. ff. ad SC. Treb. Ità quoque h. in l. emigratio ex provincia causa sola non est hujus Privilegii, sed socias alias adhuc, non minùs prægnantes, involvit ac præsupponit; quas inter est Metus potentia Actoris aut amicitia & gratia, quæ ipsi cum potentioribus intercedit. Vid. Gerb. Felmann. de jurament. Perhorrescent. cap. 8. §. 4. p. 40. Omnium autem maximè favor atque commiseratio talium personarum, & ut eò citius Jus suum consequi valerent. etc: Hæc itaque ratio, cum in utroque casu, tam constituta sedis Imper. extra illarum Provinciae limites, quam intra eos, semper & ubique obtineat, Beneficium d. L. un. ipsis auferri non poterit, neque etiam invitæ compelli ad suscipiendum illud judicium, ne quod in favorem iis concessum, in odium earundem retorqueatur. l. 6. C. d. ll. c. 61. d. R. J. in 610 Mod. Pistor. Vol. 1. conf. 30. n. 22. f. 430. Sed relinquenda iis semper est Electio, utrum coram ipso statim Supremo Justitiæ Antistite causam orare; an ordinariae inferioris Judicis jurisdictioni se malint subicere. In locum siquidem beneficium (inquit Theodor. Rex ap. Cassiod. 4. var. 40.) nostram presentiam damus, & ided non decet invitis imponi, quod meretur optari. Vid. Cod. Theod. lib. 1. t. 10. leg. 2. ff. de off. Jud. omn. ibique Goth. in Comm. p. 59.

§. 17. Ad alterum nunc Privilegium quod miserabilibus personis ut Actoribus conceditur, progrediendum est. Consistit autem illud in hoc, quod, si illa judicium Serenitatis Imperatoris oraverint, cogantur earum adversarii examini illius sui copiam facere. Insigne profectò beneficium! Notum est, quod alias regulariter Actor sequatur forum Rei, ex l. 2. & 5. C. de Jurisdic. omn. jud. l. ult. C. ubi in Rem. l. 3. C. ubi caus. stat. c. 8. extra de F.C. nec ad aliud invitum adversarium trahere possit judicium. arg. l. 3. ff. de off. Pras l. f. ff. d. Jurisdic. ibiq. Goth. Hunc verò Juris communis ordinem convertit (v. l. 2. C. de Jurisdic. omn. jud.) Constant. M. in præsentem L. un. quoad personas miserabiles ità scil. ut Actor non Rei forum, sed Reus Actoris sequi teneatur. conf. Alvarez de Velasco de Priv. Paup. part. 2. q. 3. n. 45. Et quidem indistinctè, sive Rei illi aliqui ex Magnatibus sint, quorum potentiam hi ipsi perhorrescunt, metuentes scil. ne adversus illos facile Jus suum coram inferioribus Judicibus obtinere

re



re nequeant; sive etiam ex imâ vulgi fece homines; quod Constant: Imp: voculâ *Præsertim* satis innuit in d. L. un. quæ vocula includit etiam ipsi casum oppositum: sufficit enim opprimi posse. *Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 3. & in Proc. Jur. 1. 3. A. 6. §. 1. n. 9. add. Franzk. in comm. ff. t. 1. lib. 5. n. 6.* Trahere igitur hæ personæ ad se omnes possunt, trahi autem à nemine.

§. 18. Sed hæc, quæ dicta hæctenùs sunt de Privilegio hoc trahendi adversarios suos invitos ad iudicium Imp. Aulicum, quoad Constantini M. quidem tempora, quibus Imp. absolutâ & nullis prorsus limitibus coangustatâ potestate gavisi sunt, inferiores autem magistratus omnes precariam, & administrationis titulo sibi tantum concessam jurisdictionem habuerunt, extrâ dubitationis controversiam posita sunt: An verò mutatâ planè Imperii illius facie, & cum Status Imp. non amplius nomine administratorio; Sed proprio, & Jure Dominii utilis in ditionibus suis jurisdictionem exerceant, modernis quoque Imp. aut quæ illorum loco est, Camera Spirensi, vi eminentis suæ potestatis liceat subditum statûs alicujus Imperii invitum ad se trahere, ad instantiam forte miserabilis cujusdam personæ, majoris momenti quæstio est? Quam tamen negativè decidimus, tum (1) quod expressè hoc actum inter Imperatorem & Status reperiat in p. 2. t. 1. §. 1. C. G. D. ne in prima instantia contra alios, quàm immediatos Imp. Cives processus decernant. *add. Hillig. ad Donell. l. 17. c. 13. Petrus Frider. lib. 1. proc. c. 16. n. 1.* id quod usu quoque in Camera, casu emergente, observari confirmat *Gail. l. 1. Obs. pr. 1. n. 40.* tum & maximè (2) quod Proceres Imp. in territoriis suis nullam cum ipsorum concurrentem Cæsaris agnoscant jurisdictionem. Juxta veriore doctrinam. *Limn. de Jur. Publ. l. 9. c. 2. n. 82. Reink. de R. S. l. 1. cl. 5. c. 7. n. 8. Carpz. de Leg. Reg. c. 9. sect. 2. n. 2 & p. 1 Constit. 27. d. 11. n. 1. 8.*

§. 19. Exceptio tamen est in casu protractæ aut denegatæ justitiæ. *A. B. tit. 11. vers. Auff den Fall. R. J. de Anno 1654. §. Wann sie auch. 109. C. G. D. p. 2. t. 1. §. 1. vers. Es wäre denn Sache. & p. 2. t. 26. pr. & §. 1. in f. latè Schwan. obs. 25. n. 45.* Quam allegans semper sufficienter probare, vel in defectu aliarum probationum juramenti religione adseverare tenetur; Cum regulari-

B

ter

ter in Judice non præsumatur negligentia, nisi probata fuerit legitima requisitio, in l. 2. C. de Off. Civ. Jud. vid. D. Nicol. proc. Jur. cap. 17. n. 5. & 6. p. m. 302. Sufficit autem hîc etiam unica compellatio & requisitio, maximè si in prima requisitione Judex expressè justitiam facere denegaverit. arg. l. 87. §. 1. de Leg. 2. Myns. c. 1. obs. 91. inf. & c. 2. obs. 24. Gail. 1. obs. 28. n. 4. 5. aut diu protraxerit, quia idem est effectus protractæ & dilatæ, qui est denegatæ justitiæ, quoad fori competentiam ad superiorem devolvendam. c. 6. extra de F. C. l. 7. C. d. Postul. add. Churf. Sächs. App. Ordn. iii. wer vor unserm Appellation-Bericht. §. Es were denn. & Oberhof-Berichts-Ordnung. Rubr. wer vor das Oberhof-Bericht. Carpz. l. 2. t. 2. R. 20. n. 15. Berl. p. 1. concl. 3. n. 8.

§. 20. Verùm, non desit eapropter prorsus cum Imp. potentia Privilegium n. L. un. Nam licet equidem à Cæsare ejusque Camera Spirensi indistinctè expectari id amplius non possit, ob specialem cum statibus Imp. initam conventionem atque abdicationem, vid. Gail. l. 1. obs. 1. n. 40. Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 13. non desunt tamen alia æque summa benè constituta judicia, in quibus miseris fortunæ injuria pressis hominibus pariter in prima quoque instantia statim, Jus atque Justitia administratur, omisso Judice intermedio. Aluntur quippe hanc etiam in rem summa passim à Statibus Imp. tribunalia Aulica, quæ vice Imperatoris Privilegium d. L. un. hodiernum adhuc in vigore perpetuo conservant, Orantibusque Principum Serenitatis judicium id ipsum concedunt. Cum enim quivis Status Imp. respectu perpetuæ sibi concessæ Jurisdictionis in territoriis suis, quasi Imperator sit, eademque ibidem, quâ ille in Imperio, sublimitate polleat: juxta tritissimum Dd. axioma. Coler conf. 1. n. 230. Bach. ad Treuil. V. 1. D. 3. th. 6. lit. e. id quod tamen certò modò limitatum. vid. ap. Besold. Disp. pol. 9. de Stat. Reip. sublat. class. 1. th. 3. 6. & 7. Limm. de Jur. Publ. c. 8. n. 9. & Liebenthal. Coll. Pol. Ex. 9. q. 2. nihil certè eos impedit, quo minus utilissimam Const. M. constitutionem salubriter praticare possint. Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 14. Quin potius ratio commiserationis ergà miserabiles militat in contrarium. Hinc etiam est, quod Illustriss. noster Heros post causas alias ideò quoque sustineat Summum Electorale

rale Dresdense Judicium, ut nimirū eò omnes Saxoniae Misera-
biles, ceu ad commune Justitiæ theatrum & Asylum, confugere e-
jusq̄ve auxilium implorare possint. Alii verò Principes alibi
certis judiciis (*ut plurimum verò Aulicis*) curam hujus rei deman-
darunt.

§. 21. Ex quo non immerito hīc infert *Vultejus* n. 21. majorem
quodammodo statibus Imp. competere potestatem in ditioni-
bus suis, quam Imperatori in imperio. Quamquam tamen pro-
pterea non minori in Bonis suis hæreditariis, aus iis, quæ ab Im-
perio sub qualitate Feudi possidet, quam alius Imperii Princeps
regnandi libertate fruatur.

§. 22. Videtur autem hæc ipsa Statuum Imp. potestas exer-
cendi L. n. un. non omnimodò libera, neque etiam Camerae
Imp. in totum adempta; sed suis quoque circumscripta limiti-
bus, certisque in casibus Camerae adhuc concessa. Nimirum tota
hæc res dimetienda est ex qualitate cuique competentis de Non-
Appellando Privilegii. Undè quoque contingit, ut quibusdam
absolute, quibusdam vero secundum quid tantum, prout nimi-
rum vel planè non, vel intrà certam summam tantum appellari ab
ipsis nequit, exercitium L. n. un. competat. Breviter itaque
rem ita effero: *In quibuscunque causis licet appellare à Statibus Imp.
ad Cameraam, in iis quoque impetrari potest à Camera beneficium L. n. un.
Quocunque autem cause non locum faciunt appellationi ad Tribunal Spiren-
se, ille quoque nequeunt à Miserabilibus ibidem in prima instantia pertracta-
ri.* Quoniam scilicet, hoc privilegium nostrum peti potest ab
Imperatore, seu hodiè, à Supremo adversarii aut causæ litigio-
sæ Judice competente; Supremus autem is non est, à quo pro-
vocatio conceditur. A quo autem provocari non potest, rectè
pro Summò litis Judice reputatur, cum respectu illius nullum
Superiorem alium recognoscat: ut ut alioquin minorum gen-
tium magistratus esset. *vid. Bernb. Feliman. de Priv. Perhorresc. c. 10. §.
7. p. 50. ibique citati.* Nec enim fraus fieri debet LLbus pa-
titiis & Privilegiis de Non-appellando. *Paurmeister. de Jurisdic-
t. l. 2. c. 9. n. 117.* utpotè quibus Imp. in Principes reliquo que
ordines transtulit hoc, quod aliàs majestati cohæret, nim. Jus
de non-Provocando. *vid. l. 1. §. 1. ff. à quibus app. non. lic. add. th. 20.*

Unde colligitur hoc etiam iis concessum, ut de causis, summam appellabilem non excedentibus, personarum Miserabilium, soli, exclusa cognitione dicasterii Spirensis, judicare queant. *arg. l. un. ff. de Off. Praef. Prat. l. 2. ff. de Jurisdic. Phil. Tennagel de decernend. Process. class. 3. c. 12. quem adducit & sequi videtur Blum. Prac. Cam. t. 37. n. 20. teste Felim, l. c.*

§. 23. Uti autem in appellatione ad Cameram devolvenda necesse semper est, ut summa litis ex eadem actione procedat; *vid. Carpz. D. de Non-app. c. 1. th. 14. n. 59.* ita nec hoc in loco, quando Miserabilis, iudice ordinario omissa, partem adversam in Camera convenire velit, summæ diversis actionibus petendæ connumerari debent. *arg. l. 30. §. 1. ff. de App. l. 11. ff. de Jurisdic.*

§. 24. Ex his ipsis itaque Juris rationibus dicendum omninò videtur, posse adhuc hodiè Miserabiles alicujus Status Imp. qui nimirum absoluto de Non-appellando privilegio non munitus est, ab ipsa Camera beneficium d. L. un. petere & impetrare: Licet, ut verum fatear, id unquam contigisse haut meminerint viri utriusque fori peritissimi. Quod tamen cum *Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 14.* non ad pacta inter Imperat. & Ordines inita simpliciter referendum; id enim quaeritur, an sic peccaretur contra conventiones publicas? sed totum illud eò, quod provocatione illà non utantur, refero. *fac. Gail. l. 1. Obs. 1. n. 40. & Felmann. de Juram. Perhorr. c. 10. §. 14. p. 51.*

§. 25. Cui consequens & illud est, quod, cum Sereniss. Elect. Saxon. & Brandenburgicus adhuc illimitato planè de Non-Appell. Privilegio gaudeant; *vid. Carpz. l. c. th. 17. n. 72. 75. add. Biccii Aur. sect. 5. th. 166. lit. W.* Subditi quoque eorum Miserabiles nunquam adversarios suos in Camera Imp. neglectis iudiciis Electoralibus convenire possint. Quod tamen in Electore Sax. limitationem recipere videtur, quoad subditos Saxonorum Episcopatum. Ad hos enim cum Privilegium Elect. de Non-Appell. sese minimè extendat, itaque adeò ad Cameram Imp. vel Aulicum Imp. iudicium provocare licitè possint, quò de fusè *Carpz. l. 3. t. 3. R. 125.* dubium quoque non videtur, quin illi, si velint, adversarios suos in prima instantia ad Cameram, vel Imperatorem ipsum, tanquam ad supremum magistratum suum trahere valeant.

§. 26. Addidi *si velint*. Nam quemadmodum appellatio ipsis alternativè semper competit, ita scilicet ut vel ad Cameram, vel ad Aulam Imp. vel ad Supremum Electorale Appellationum iudicium provocare possint, prout liquet *Aus der Erklärung der dreien Stifter/Meissen/Merseburg und Raumburg in puncto Appellationum, an das Oberhoff-Gerichte zu Leipzig / sub dat. 24. Apr. Anno 1616.* quod verborens recenset *Carpz. l. 3. t. 3. R. 125. n. 14. 15.* Ità quoque in usu huius Privilegii optio penes eos est, an ad Cameram, an ad solium Imperat: an denique ad iudicium Elect. Dresdense litem malint devolvere. Ut aded in istis personis Privilegium hoc pingvius longè sit atque augustius, quam in reliquis Saxoniae aut aliarum ditionum Miserabilibus omnibus. Unò tamen horum semel electò, ad aliud forum redire integrum non est. Quia fora hæc, quoad hoc, paria sunt; à Pari autem ad parem non datur regressus, sicuti nec appellatio aut supplicatio. *arg. l. 13. §. 4 ad SC. Trebb.*

§. 27. Illud adhuc addo, quod licet aliàs Curia Provincialis tam Lipsiensis quam Wittebergenfis ex singulari Elect. Sax. indultu cum Senatu Aulico & Appellationum concurrentem habeat jurisdictionem, in tantum, ut etiam locus sit præventioni, teste *Berl. p. 1. conel. 1. n. 18.* Ad eam tamen subditi Episcopales se invicem trahere nequeant, cum nec appellare eò ipsis permiffum sit. *vid. Carpz. l. 3. t. 3. R. 125. n. 18. 19.* Quicumque autem Magistratus non est competens in appellatione, ille neque competens est in primâ hâc instantia extraordinariâ.

§. 28. Cæterum viget hoc nostrum Privilegium d. L. un. non tantum in Imperio nostro Germanico; verum etiam extra illud, præcipuè autem iis in locis, in quibus Jus Romanum adhuc usurpatur, ut in Hispaniis, nec non in Galliis, teste *Vultejo*. Utpotè quarum Reges potestatem in Regnis suis habeant absolutam, similemque; ferè illi, quam habuit Constant. Imp. tempore promulgatæ constitutionis nostræ. *add. Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 17.* Quamquam quoad Galliam neget *Goth. in Cod. Theod. l. 1. t. 1. leg. 2. comment. p. 59.* pupillos ac Viduas ad Curiam Christianitatis i. e. Ecclesiasticam evocare hodiè amplius adversarios posse. In *Hollandia* tamen & per totum *Belgium* memorata Lex adhuc obser-

vatur. Ut ex *Instruct. Cur. Holland. art. 8.* & *Christin. Vol. 2. Decis. 166. n. 2.* probat *Bernh. Scotan. Exam. jurid. lib. 5. t. 1. p. m. 177.* Sic ut pupilli Viduæ aliæque personæ Miserales, nisi cum agitur de lite, quæ in civitate sit infra 100. Florenos, & in pagis infra 50. tales numos. *Ord. van Eleyne Saecten. art. 2. vid. Scotan. d. l. ad curiam provincialem provocare queant. d. instruct. Cur. Holland. art. 8.* De Frisia Belgica id constat ex *Joan à Sande decis. Fris. lib. 1. t. 1. def. 2.* & Provincia Ultrajectina id testatur *Wilh. Radelant. Decis. 118. n. 1.* nec non de Belgio, ditionis Hispanicæ. *Christineus. 2. dec. 161. n. 2.* testante *Bernh. Feltmann. de Jur. perhorr. c. 10. §. 15. p. 51.* Ubi addit in Geldria id non custodiri; quemadmodum nec in *Græninga* aliter, quam in casu denegatæ justitiæ. *d. l. §. 16. 17. 18. p. 52.*

§. 29. Sed Qv, hîc, cum post *Nov. 86.* omnibus Provincialibus competat Jus de non-evocando. (*vid. th. 15.*) An per illud sublatum sit Privilegium, quod pupillis Actoribus in *L. n. un.* concessum est? ita scil. ut post *d. Nov.* nullum provincialium amplius ad comitatum Imp. trahere possint? Quod Neg. Nam licet in *d. Nov.* indistinctè prohibitum sit, adversarium suum extraprovinciam, aut moribus nostris, civitatem suam trahere aut evocare, ne quidem ad Tribunal Principis; Illâ tamen generali constitutione Privilegium hoc specialiter Miserialibus indultum, ut ad Principis comitatum trahere inimicos possint, minimè abrogatum censeo; Quia non speciei per genus, sed generi per speciem in toto Jure derogatur, ut ait. *l. 80. de R. J. conf. Ant. Perez. Prælect. in lib. 3. C. t. 14. n. 6.* & specialia specialium quoque & expressam abrogationem desiderant. *arg. c. 3. extra de confirm. util. l. 15. §. 26. ff. de Injur. cum jura nova exorbitantia strictè sint accipienda. l. 64. §. 9. ff. Solut. Matr. neque correctiones textuum facile præsumantur. l. 27. C. de testam. c. 1. de const. in 610. l. 32. C. de App. l. 6. ff. de cond. caus. dat. Accedit, quod praxis, quæ optima hujus Legis interpretis est, l. 37. ff. de LL. de vigore illius quotidiè testetur.*

§. 30. Consistit itaque (ut plura paucis complectar) *nervus totius n. L. un.* (1) In Prohibitione trahendi Miserales Personas vel Activè vel Passivè ad supremum Judicem. (2) In Præceptione

ptione comparandi coram superiore ad citationem ab his emissam. In his enim duobus virtus Legis contineri dicitur. *in l. 7 ff. de LL.*

§. 31. *Finis* autem quem principaliter Constant. hinc intendit, est, ut eò citius Personæ Miserales ad Jus suum pervenire possent, sine magnis sumptibus aut itinerum periculis. *l. 6. ff. de Mis.* Et ne vel sexûs vel ætatis aut naturæ etiam fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur. *arg. pr. l. quib. al. lic. l. un. §. & cum. 15. C. de Rei uxor.* præprimis si cum potentioribus lis ipsis intercedat, qui eas facillè possent suppressere. *vid. l. 6. §. 2. & 5. ff. de off. Pras.* aut ad minimum longâ appellationum ambage fatigare. *Diod. Tulden in Comm. h. n. 2.* quo respectu benè annotavit, *Carpx. D. 9. de Jur. F. S. th. 6. n. 6.* constitutionem hanc longè salubriorem esse in Provinciis Saxon. quam alibi, propter cumulationem scilicet instantiarum inibi usitatarum. *l. c.*

§. 32. Ut verò finem hunc eò melius consequatur, & ne elusoria reddatur hæc dispositio (*contra l. 19. ff. de off. Pras. l. 75. ff. de Jud.*) nullâ sanctione (*vid. §. 10. l. de R. D.*) seu coërcitione adjectâ. *arg. l. 5. §. 1. de off. ejus.* dum nimirum Reus contumaciter citationi ad Supremum non pareret, apposuit ei Legislator alterum Deorum, quos Democritus Resp. regere credebat, (*Pœnam & Beneficium. Plin. l. 2. Hist. N. c. 2.*) custodem, & quos nequiret exhortatione bonos, metu pœnæ efficere voluit. *l. 1. §. 1. de J. & J.* Adjecit autem coactionem judicalem à magistratu domicilii Reorum instituendam. Quod non tantum colligitur à sensu contrario (cujus argumentum est fortissimum. per *l. 1. §. 1. de Off. ejus.* & apertissimum in *l. 57. in f. ff. de Manum. testam. & l. 20. §. 6. qui test. fac. confer omnino Dn. D. Tabor. in Disp. de Testam. Princip. oblat. c. 7. per tot.*) L. n. un. verb. à nullo nostrorum judicum compellantur. Sed etiam ex verb. *Cogantur* quæ vox sanè cum effectu hinc intelligenda est. *l. 1. §. 2. quod quisque Jur. l. 5. §. 2. Ne quis eum.* Media autem quibus immorigerum & contumacem Reum magistratus coërcere potest, tradunt communiter Interpp. *ad tit. Si quis Jus dic.* Sed sat verborum de Verbis!

SE-

SECTIO II.

*Explicans Legis Interna**istiusque**Interpretationem Sensualem.*

§. I.

COgnitis ergò nunc præliminaribus jam videndum, quid in
 ipsis obtineat rerum argumentis. §. 3. *l. præm. promovendus-*
que sermo est ad interpretationem L. n. mentalem, quæ pro-
pria Jctis est & præcipua, oriturque ex Disputatione fori, l. 2. §.
5. de O. J. i. e. ex controversia, quæ in foro, sive in negotiis Ci-
vium, provenit ex concertatione summi Juris & æqvitat;
arg. l. 2. §. 5. de Aqv. pluv.; ex comparatione Juris scripti & non
scripti. (v. l. 37. 38. ff. de LL.) ex dissidio verborum & sententiæ le-
gis. Lex n. verbis quandoq; non determinat quoddam contin-
gens quod comprehendere voluit; quandoque determi-
minat, quod comprehendere noluit. fac. l. 102. de C. & D. Turamin.
lib. sing. de LL. p. 3. c. 3. n. 2. Struv. S. J. C. Exer. 2. th. 48. Undè duplex
mentis Legis oritur interpretatio: Extensiva & restrictiva.

§. 2. *Fundamentum interpretationis extensivæ est paritas vel si-*
militudo, vel prævalentia rationis finalis. l. 7. & 8. ff. de LL. &
hæc est, ne illi, qui fortunæ injuriâ satis afflicti sunt, majoribus
adhuc ab adversariis afficiantur afflictionibus; protractione ni-
mirum litium, erogatione sumptuum, aliisque sub- & obreptio-
num fallaciis. Ex hæc itaque ratione argumentum producit ad
eos casus, qui verborum quidem vi videbantur esse alieni abejus
dispositione, sed non ab intentione & consilio ejus alieni sunt.

§. 3. *Quamobrem etsi h. L. n. tantum loquatur de Pupillis,*
pupillarum autem nullam injiciat mentionem; rectè tamen
ad Pupillas quoque extenditur. per. l. 141. §. 2. de V. O. ex majori
ratione. arg. l. 9. §. 2. ff. de SC. Vellej. Quoniam sceminæ masculis
adhuc infirmiores sunt. l. 9. ff. de Jur. & fact. ign. l. 4. in f. C. de
Sponsal. faciliusque decipi possunt. l. ult. C. de Don. ant. nupt. Ac-
cedit prætereà quod pronuntiatio sermonis in genere masculi-
no ad utrumque sexum regulariter porrigatur. l. 1. l. 195. pr. de

V. S.

V. S. l. 62. 81. pr. de Leg. 3. l. 3. de N. G. l. 1. §. 1. de const. pec. l. 7. §. 1. de Jurisdic. Id quod etiam in Jure singulari verum est, imprimis si materia est indifferens & utriqve sexui conveniat, aut non odiosa. l. 45. pr. de leg. 2. Cum igitur hæc nostra talis sit, regulæ traditæ tamdiu inhærebimus, donec exceptio illius probetur. l. 5. ff. de Prob. conf. Dan. Moller. part. 3. c. 15. n. 22. id. part. 1. decis. 62. n. 36. 37.

§. 4. Non autem agnoscimus h. l. discrimen aliquod inter Pupillum & Pupillam Avum Paternum adhuc habentes, vel non habentes, cujus respectu aliàs ἀπάτορες non sunt. l. 4. ff. qui sui vel al. l. 220. §. 23. de V. S. quod tradit Vincent. de Franch. decis. 671. Steph. Gratian. in Discept. for. tom. 3. c. 421. n. 69. Hillig. in Donell. enucl. l. 17. c. 20. lit. b. Sed indistinctè ad omnes Patres tantum orbatos Privilegium hoc pertinere statuimus. Nam licet Avi etiam Parentum nomine veniant. de l. 220. de V. S. summæ nimirum affectionis avitæ intuitu, ut habet. l. 47. §. 1. de R. N. quâ nepotes suos magis quàm extraneos solent diligere. per. l. 30. in f. C. de Fideic. Nihilominus tamen cum reverà Patres nepotum non sint. l. 5. de in Jus voc. æquius sanè est, ut & his pupillis tanquam patrûm suorum auxiliô destitutis, beneficiô hõc subveniamus.

*§. 5. Porrò Privilegium hoc Pupillorum utiliter quoque ex mente Imp. extendimus ad eas personas, quæ quidem non propter mortem aut emancipationem, sed aliâ prorsus ratione Parentibus suis destituuntur: & quidem vel in totum, ut sunt *infantes expositi. tot. tit. C. de Infant. expos. Mascard. de Probat. concl. 1066. n. 8.* Vel ex parte quales sunt (1) *spurii*, quorum mater quidem certa est, pater verò incertus. l. 3. C. Sol. matr l. 23. de Stat. hom. §. 12. de Nupt. aut talis ad minimum, quem nominare honestè non possunt. conf. Gabr. Alvarez. de Velasco de Priv. Paup. p. 2. q. 3. n. 37. Item hûc spectant (2) *illi*, quorum Patres diu longè absentes sunt. Sive id fiat *ex causa* quâdam *minùs honestâ*, puta ob crimen aliquod publicum aut privatum, uti sunt v. g. *Banniti, Relegati, malitiosi uxorum liberorumqve desertores.* arg. l. 7. *vers. misericordia indigni non sunt.* C. de Nat. lib. l. 24. *verb. nec alieni.* C. de don. int. vir. Sive *honestâ*, ut est *captivitas bellica*; ne scilicet*



cet aliàs calamitas Patris noceat ei, qui in ipsius potestate est. Nam hi omnes tali casu pro mortuis habentur. *per l. 4. §. 2. ff. de Bon. libert. arg. l. 6. vers. non vivat. etc. de C. & D. cap. 50. extra de testib. Dd. ad c. 2. de Proc. in 6to add. Gail. l. 1. Obs. 92. n. 3. ac propter eà liberi quoque eorundem meritò pupillis accensendi sunt. Sed Qv. An idem quoque de Legatorum liberis dicendum sit, qui longo tempore Reip. causa procul absunt? R. Ita omninò exposcere favor Reip. videtur. arg. l. 140. de R. J. fac. l. 11. §. 1. ff. de Legat. Nec tantum in ipsis Legatis, sed & eorum comitibus verum est, dummodo illi intrà præscriptum numerum sint. arg. l. 41. §. 2. ff. de Exc. tut. Imò tam in jam absentibus, quam brevi profecturis. d. l. 41. §. 2. vers. profecturis. conf. arg. l. 24. §. 1. inf. ff. de Jud. Cum hi absentibus æquiparentur in l. 35. §. 8. ex quib. caus. maj. & potentia proxima pro ipso actu accipiatur. in l. pen. ff. de Mil. test.*

§. 6. Idem Juris obtinet etiam in iis, quorum Patres furiosi sunt, quoniam & hi absentium loco habentur. l. 17. §. 11. ff. de Injur. Et paria reputantur planè nullos, & inutiles parentes habere. d. l. 17. §. 11. & l. 6. qui satisd. cog. Quod autem de liberis quoad absentiam vel furorem Parentum monuimus, idem quoque ad Uxores ejusmodi maritorum porrigimus, ità scilicet ut uxor furiosi aut tali modo absentis mariti Jure viduarum utatur. *fac. c. 2. §. sed neque. de translat. Ep. Gail. l. 1. Obs. 1. n. 44. id. tr. de pace publ. l. 2. c. 1. n. 18. & cap. 16. n. 2. 3. Carpz. Prax. crim. p. 3. q. 129. n. 42. & seq. 130. n. 13. Tametsi enim veræ viduæ dici nequeant, cum mariti in rebus humanis esse non desierint, nihilominus tamen quia omni subsidio auxilioque maritorum carent, & insuper in mœrore vitam ducunt, meritò prædicto privilegio potiuntur. Jac. Bouricius tr. de Off. Advoc. c. 14. p. 66, Hillig. ad Donell. l. 17. c. 20. lit. b.*

§. 7. Quid verò de illis uxoribus dicendum, quæ divortio à maritis separate sunt, an & illæ pro Viduis habendæ? R. Si quidem Maritus dedit causam divortio, puta quod Mæchus fuerit, aut impotentiâ laboret, tunc uxor omninò pro tali reputanda est. Cum (1) viro amplius non juncta sit. (2) quod æque ac si maritus reverà mortuus esset dotem repetat, & (3) ad alia vota certo

to

to modo transire queat. *Carpz. Defin. Consist. l. 2. t. ii. d. 200. & 201.*
 Sin verò uxor in causa sit, beneficii hujus incapax est; ne ex
 suâ malitiâ lucrum sentiat. Undè & dotem amittit, *vid. Wesemb.*
ff. Sol. matr. n. 5. Coler. p. 1. dec. 175. Carpz. Pr. Crim. p. 2. q. 64. n. 17.
 Nec potest alio marito nubere, nisi fortassis hoc specialiter impe-
 traverit. *Carpz. Defin. Consist. l. 2. t. ii. d. 191. per tot.* Aliter tamen
 se res habet in nuda tantum separatione quoad thorum & mensam; Ibi
 enim cum matrimonium non dissolvatur, nec Viduus aut Vi-
 dua erit, *l. 32. §. 13. ff. de don. int. Vir. Schneidw. I. l. 3. t. 1. Rubr. de*
Succ. int. Vir. & Ux. n. 23. lit. b. Carpz. Defin. Consist. l. 2. t. 12. def. 210.

§. 8. Cæterum quæ fœminis in viduitate degentibus concessa
 esse hæcenus exposuimus, ad Viduos nullâ ratione extendenda
 veniunt. *Carpz. Diss. 9. de J. F. S. th. 6. n. 22.* dum, quia exemplo
 pessimum est fœminino vocabulo masculos contineri, *ut ait. l. 45.*
pr. inf. de Leg. 2. tum maxime, quod ratio commiserationis, quæ
 in vidua hoc beneficium efflagitat, in viduo cesset, nimirum
 Privatio Præsidii atq; Subsidii conjugalis; siquidem non Viri
 ab uxoribus, sed hæ ab illis defendi debent, *juxta §. 5. l. de Injur.*

§. 9. Non tamen h. l. requirimus, ut Pupilli litem subituri
 Defensoribus seu Tutoribus careant. Sed promiscuè de omni-
 bus, etiam illis, quibus tales constituti sunt, textum interpreta-
 mur, *contra Paul. de Castro. in Rubr. h. tum (1)* quia generalis est.
arg. l. 8. ff. de Publ. in Rem l. 1. §. 1. de Leg. Præst. l. 1. §. f. quæ in fraud:
tum (2) quoniam nulli dantur pupilli, qui tali in casu non habe-
 rent tutores, cum illi ipsi per se standi in judicio legitimam per-
 sonam non sustineant. Ergò si ex mente *Paul. de Castr.* benefi-
 cium hoc restringeremus ad pupillos indefensos, nunquam ferè
 ei locus esset, quod dicere tamen absolum videtur *Carpz. l. 2. t.*
2. R. 19. n. 5.

§. 10. Sub appellatione autem Pupillorum *Minores* quoq; hæc
 contineri autor est *Perez. in Prælect. h. n. 3. Treutl. Vol. 1. Diss. 3. th. 10. lit.*
f. Quoniam hoc Juri nostro non est infreqvens, præprimis in
 favorabilioribus. *arg. l. 3. §. 1. de susp. tut. l. 3. C. de Præd. & al. reb.*
min. l. 2. in f. C. de divid. tut. l. fin. C. d. Interdict: Matrim: Imò pa-
ritas rationis (quæ tacite hæc instar legis est. l. 7. C. de Bon. damn.) idem
nobis persvadet. Sunt enim illi æque ac pupilli & impuberes,

ceu orphani paterno præsidio destituti, alteriusq; provisione similiter indigent. *l. 1. pr. de Min.* Qvam sententiam praxin quoque observare in Frisia refert post alios *Joan. à Sande in Decis. Fris. l. 1. t. 1. Def. 2. p. 2.* ut ut suo tempore hanc fori exceptionem, à pubere propositam in eadem Curia aliquando rejectam testetur. *Jac. Bouric: de off. Advoc. c. 14. p. 64.*

§. 11. Progredimur ad diuturno morbo fatigatos & debiles. Et quanquam Imp: Constant. hinc eos saltem intellexisse videatur, qui corporali aliquo ac diuturno morbo laborarunt. *arg. l. 4. §. 3. de Ædil. Edict.* Nihilominus tamen cum primaria constitutionis hujus introducendæ causa non morbus fuerit; sed debilitas potius atq; infirmitas corporis, propter quam aliquis ineptus ad longinquas peregrinationes est: facile apparet sensum Legis non in his tantum terminari, sed ad alios quoque debiles ac fatigatos extensionem admittere.

§. 12. Unde rectè quoque hinc referuntur *Senes decrepiti.* *arg. l. 3. §. 7. ff. ad Sc: Silan.* Ipsa enim senectus morbus naturalis est, ex quo quotidie vires magis magisque debilitantur. *Cic. in Cat: Maj n. 82.* Neque illi ullo temporis momento à morbo imò à morte ipsa securi sunt, cum jam alterum pedem in tumulo habeant. *ut ait. l. 20. ff. de Fideic. libert:* tales autem quos morbus citò supervenire potest, pro jam ægrotis habendi sunt. *arg. l. pen ff. de Mil. test. l. 53. de Æd. Edict. l. 3. 4. 5. 6. ff. de Mort. caus. don.* Atque ob hanc causam etiam Senes inter valetudinarios relati sunt. *in l. 3. C. qui test. fac. Berl. p. 1. dec. 116. n. 4.* eorumque Jure gaudent non tantum in favorabilibus, sed etiam in pœnalibus; puta si ob delictum pœna corporis ipsis infligenda est. *Vid. Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 144. n. 29. 42.* Horum tamen ætas arbitrio Judicis definienda est. *Menoch. A. I. 2. l. 2. cas. 59. n. 6. Nisi Septuagenarii sint:* In his enim nihil plane Judicis arbitrio relinquendum Dd. existimant, cum satis certum sit, illos *Senes depontanos* esse, ex quo in Jure etiam passim à muneribus illi excusarentur, ut loquitur *Abb. Panorm. in c. 5. n. 18. extra ut lite non contest.* *Menoch. l. c. n. 2.* quæ sententia usu quoque recepta est, attestante *Carpz. l. c. n. 14.*

§. 13. Ulterius sub *Debilibus* comprehendimus quoque uxores gravidas, quæ brevi enisuræ sunt. *Per text. express. in l. 2. §. 4. si quis caut.*

caut. injud. aut jam enise puerperium agunt. Nam licet quidem puerpera dicatur sana & integræ valetudinis in l. 14. §. 2. ff. de *Æd. Edict.* ideò scilicet: quoniam propriè ægrota non est, cum infirmitas illius ex nulla corporis mala dispositione proveniat. ut notat. *Jac. Menoch. l. 2. c. 1. cas. 60. n. 6. & 14.* Nihilominus tamen quia vires in partu nimium infirmantur, eaquæ exindè reverà *Debilis* fit; ratio quoque commiserationis svadet, ut & eam Privilegii nostri participem faciamus. Quod quidem minus dubii habet, si puerpera Rea sit, & durante puerperio in den *Sechs-wochen* ab aliquo conveniatur, forte propter Bona Paraphernalia aut Receptitia, adversus hunc enim utiliter hâc fori exceptione se tuebitur. arg. l. 3. ff. de *Pæn. l. 18. ff. de Stat. hom. conf. Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 137. n. 22. 23.* Sed an eodem quoque uti possit, si Aëtrix sit, ad hoc scilicet. ut adversarius illius in prima instantia aulam Principis sequi teneatur, magis ambiguum est. Nobis regulariter id non videtur, ideò, quia puerpera nec valetudinaria propriè est. *Vid. Menoch. l. c. n. 6.* nec morbo aliquo diuturno & periculoso, quæ talis, decumbit. Aliud tamen dicendum, si fortè periculum quodammodo in mora sit, veluti si Reus suspectus habeatur de fuga, aut aliud damnum irreparabile metuendum esset antè, quam Judicem Rei ordinarium compellere posset. Hoc enim casu quia actionem citrà discrimen rerum suarum differre nequit, exemplo quoque cæterarum personarum Miserabilium summum Principis auxilium implorare potest; cum & ipsa reverà *Debilis* existat.

§. 14. Debiles excipiunt *Alii fortuna injuria Miserabiles.* Sunt autem hi duplicis generis. *Alii actu ipso tales,* quos supra jamtum *Sect. 1. à th. 5. usq; 11.* exposuimus. *Alii habitu tantum,* & quod æque atque illi facilè lædi, & ad parilem miseræ statum deduci possint. Illi ex ipsis verbis Leg. hûc pertinent; hi ex sensu & interpretatione illius benignâ admittuntur; de quibus hîc agendum.

§. 15. Referuntur igitur ad has Personas Miserabiles (1) *Eccllesia.* Nam quamvis quidem illæ regulariter M. P. nomine non veniant, per tradita *Covarr. pr. qv. c. 7. n. 3.* quia tamen passim in Jure nostro summus earundem favor est, & quandoque

etiam major, quàm ipsius Reip. v. l. 12. pr. de Bon. poss. & Fisci. vid. C. Ph. Richter. de Jur. & Pr. Cred. c. 2. m. 5. n. 50. p. 192. Berl. p. 1. C. 67. n. 53. Imò certis in casibus etiam Minorum & pupillorum, ut in concursu creditorum quoad usuras, docente Carpz. l. 4. t. 6. R. 46. n. 7. 8. & ratione tacitæ hypothecæ in cujuscunq; debitoris bonis, v. Carpz. Jurispr. Forens. p. 1. C. 28. d. 116. n. 6. it. p. 2. C. 24 d. 13. Ideoq; non immeritò quoq; Beneficium d. L. un. iisdem rectè applicamus. Movet etiam præterea, quod communiter Ecclesia Pupillis ac Minoribus æquiparetur, iisdemq; Privilegiis exornetur. c. 1. & 8. extra de Rest. in integ. Gloss. in l. 4. C. ex quib. caus. add. Carpz. p. 1. C. 28. d. 116. n. 4. Hart. Pistor. Obs. 68.

§. 16. Qv. autem ad qualemnam Superiorem Judicem Ecclesia conventa provocare possit? Num ad Ecclesiasticum tantum, an ad Secularem etiam? Et R. Regulariter quidem Ecclesiæ Magistratum competentem tantum esse Ecclesiasticum seu Consistorium; non solum in causis personalibus, sed & realibus iis, quæ rem sub jurisdictione Clericorum sitam concernunt. v. Ord. Eccl. sub tit. Von Immunitäten und Freyheiten der Kirchen-Diener, aded quidem ut nec partes consentientes ad aliud forum causam devolvere possint, c. 12. extra de F. C. Nonnunquam tamen si res, super quâ actio in judicio intentata, est Laicorum subjecta jurisdictioni, ad secularem quoq; Judicem superiorem confugiant necesse est. per rat. in l. fin. C. ubi in rem act. c. fin. extra de F. C. l. 16. C. de Præd. & aliis. Gail, l. 1. Ob. 37. n. 4. Quoniam in hisce bonis Ecclesia & Clerici pro personis Laicis, ac subditis magistratûs loci illius, habentur. Carpz. p. 3. dec. 217. n. 17 & 19. atq; hinc nec collectarum aut tributorum oneribus eorum intuitu exemptæ sunt. per. l. 3. C. de Ep. & Cl.

§. 17. Ecclesiæ etiam adjungimus (II) ob eunden favorem Xenodochia, Orphanotrophia, Scholas, Universitates. per Ord. Proc. tit. 45. §. weil wir. Carpz. Jur. Forens. p. 1. C. 20. d. 116. n. 5. id. l. 4. t. 6. R. 46. & lib. 5. t. 6. R. 52. Dan. Gehe. de Jur. & Privil. pers. c. 1. §. 11. p. 14. Nec Distingv. cum Wesemb. Vol. 4. cons. 194. n. 88. An autoritate Episcopi, an superioris tantum, fundata sint Xenodochia &c. cum favor Miserab. orphanorum, qui in illis aluntur, æquale Privilegium exposcat.

§. 18. Pari modo (III) concessum intelligitur hoc Privilegium Peregrinis & Advenis. vid. Petr. Rebuff. de sent. provis. art. 3. gloss. ult. n. 6. Quoniam illi ipsi non minus quam Viduæ aut pupilli hinc indè à Deo in sacro Codice commendantur, ut eorum misereamur. uti Jer. c. 7. v. 6. c. 22. v. 3. Exod. c. 22. v. 21. Lev. 19. v. 33. Deut. 10. v. 18. c. 24. v. 17. c. 27. v. 19. Zach. 7. v. 10. Et interest maxime ne causæ peregrinorum aut Advenarum diutiùs retardentur, iiqve hâc ratione magno cum dispendio in exteris locis detineantur. arg. Nov. 69. c. 1. §. 1. quem in finem jamtum olim Jure Civili in l. 19. §. 2. ff. de Jud. ipsis quodammodò prospectum est, ut domum revocandi facultatem habeant. Quod tamen privilegium reis tantum prodest, agentes verò minime juvat. Nostra autem L. un. utrumqve hoc præstat. Quamquam non de omnibus ex quacunque causa peregrinantibus eam interpretari possumus, sed de iis tantum, qui propter pestem, bellum, religionem, vel similem fortunæ injuriam aliquò migrant & confugiunt. Coler. Proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 198. Dan. Gehe. de Jur. & Priv. P. M. c. 1. §. 8. p. 19. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 50. th. 53.

§. 19. His deniqve (IV.) ex identitate rationis annumeramus quoque Studiosos, qui scil. studiorum causa peregrinantur & in Academiis exteris (secus si in patriis. Quia tunc cessat ratio commiserationis, quæ hæc est: quod peregrinentur & exules fiant Patriæ. conf. J. Wurms. Ex. J. P. 5. th. 13). commorantur. Trentl. Vol. 1. D. 3. th. 10. l. e. quam assertionem etiam claris verbis comprobavit Frid. Barbaros. in Const. Habita C. Ne fil. pro patre. vers. quis non eorum misereatur, qui amore scientia exules. etc. add. Scotan. Exam. Jurid. l. 5. t. 1. Rubr. de Privil. Stud. p. m. 179.

§. 20. Sed hæc, ut ut Jure Veteri, & d. constit. satis expedita sint; moribus tamen hodiernis ea non observantur, quando Studiosi Rei sunt. Ob juramentum scil. Rectori præstitum, quod eos præcisè ad Rectoris tribunal obligat, adempto electionis fori arbitrio. Petr. Heig. p. 2. q. 11. n. 4. Remanet tamen iis adhuc hodiè illud Privilegium, ut coram alio, præter Rectorem, magistratu conveniri nequeant. Quod in Philurea Lipsiensi ita ad auctum refert Carpz. l. 2. t. 2. R. 32. n. 18. ut ejus membra non tantum in Urbe Lipsia deprehensa, sed & extra eam ad tres diætæ à
ma-

magistratu loci capta Reſtori avocanti cognoſcenda puniendaque remitti debeant. Per hoc tamen juramentum neutiquam ſublatur videtur Privilegium L. n. un. Studioſis ut Actoribus competens.

§. 21. Hæ itaque ſunt potiffimæ illæ perſonæ Miſerabiles de quibus textus n. L. un. accipiendus videtur. Et quanquam ab aliis longè plures ſubindè allegentur. *vid. Ant. Theſaur. deciſ. Pedemon. 177. n. 1. Joſeph. Maſcard. de Prob. concl. 1064.* nimis tamen illi videntur numerum earundem extendere, ut recte *ex Hillig. notat Brunnem. ad C. h. Generaliter interim ſtatuiſmus, omnes illos hîc comprehendendi, quorum ſors & conditio miſericordiam efflagitat. vid. Jac. Bouric. de Advoc. c. 14. p. 64.* De quâ tamen conditione miſera, ut Judex prius diligenter cognoſcat, & iudicium ſuum deſuper, approbando eam vel reprobando, interponat, neceſſariò requirimus, *Jac. Menoch. A. J. 2. l. 2. caſ. 66. n. 2. Treutl. V. I. D. 3. th. 10. lit. e.* Quoniam hoc remedium extraordinarium ſine præviâ cauſæ cognitione non eſt concedendum, *arg. l. 16. pr. ff. de Min. l. 3. ff. de Reſt. in integr. add. l. 2. pr. ſi quis in Jus. niſi fortassis cauſa ſatis ſit evidens & notoria, periculum autem in mora. arg. l. 5. §. 12. ff. de N. O. N. Competit verò hæc inqviſitio Judici ordinario, ſi Miſerabiles ſunt Rei, vid. Gail. l. 1. Ob. 34. n. 2. 3. conf. infra th. 74.* Sin Actores exiſtant, ei, ad quem illi adverſarios vocant, incumbit. Niſi forte alicubi aliqui ſpecialiter electi ſint ad munus hoc, cognoſcendi de conditione & qualitate harum perſonarum, uti de Mediolanenſibus aſſerit *Menoch. l. c. n. 8.*

§. 22. Nihil tamen refert quarumcunque facultatum reperiantur Perſonæ hæc Miſerabiles *Gail. l. 1. Obſ. 1. n. 40.* Nec poteſt propterea iſtis beneficiû hoc denegari, quod fortè divitiis polleant, uti poſt Bartol. alioſque citatos arbitratur. *Franc. Vivius Neap. dec. 251. n. 7. & 8. Joh. Sichard. in Pralect. ad. h. Rubr. n. 5.* Cum (1) indiftinctè illis conſeſſum ſit à Conſtant. Imp. abſque diſcrimine paupertatis aut divitiarum. *arg. l. 1. §. f. quæ in fraud. l. 15. §. 27 ff. de Inj. (2) datum ſit Miſerabilibus.* At, tales æque eſſe poſſunt tam divites, quam pauperes. Hinc eleganter inquit *Cujac. in Parat. Cod. h.* Licet perſonæ hæc non ſint miſeræ, ſunt tamen miſerabiles, Non quidem habitu ſaltim, ut tradit *Carpz. l. c. & Diſp.*

9. de J. F. S. th. 6. n. 30. Sed ipso Actui ut pluribus eleganter ostendit *Gabr. Alvarez de Velasco. de Priv. Paup. p. 2. q. 3. n. 29. f. 27. inf.* Qvin & (3) Constantinum Imp. distinctionem illam inter pauperes & divites studio præteruisse, verosimile dicit *Vulfej. h. n. 10.* Quòd in sacro Codice, cui se conformabat, eam non repererit expressam: Quo Jure itaqve contrà sacras literas pariter atqve mentem Imp. differentia hæc introduceretur. *vid. Carpx. l. 2. t. 2. R. 19. n. 22. & seqq.* ubi insimul sententiam hanc in supremo Appell: Judicio Elect. receptam atqve præjudiciis confirmatam probat. *conf. Mascard. de Prob. Concl. 1065. n. 4. & 6. Gail. l. c. Treutl. V. 1. D. 3. th. 10. l. b.*

§. 23. Porrò ampliatur hoc Privilegium, ut non tantum Personis Miserabilibus ipsis profit, sed quandoqve etiam aliis propter illas: puta v. g. Sociis, contutoribus, vel cohæredibus in eadem re conjunctis, ob continentiam scil. causæ, quæ semper lucri & damni participes eos constituit. Ne igitur per illos his iniqua conditio aut damnum inferatur. *contr. l. 74. de R. J. Satius est, ut utrisqve illud concedatur. Quia nec aliàs Juri nostro infreqvens est, ut ex alterius persona tertius aliquis consequatur Privilegium, quod per se assequi minimè potuisset. per text. express. in l. 3. inf. ff. quæ res pign. l. 29. de liber. leg. arg. l. 10. §. f. ff. de B. P. contra tabb. l. 36. ff. de Exc. tut.* Sic v. g. Beneficium restitutionis quod Minoribus concessum est, conducit etiam natu majoribus in causa individua. *ut notat Coler. p. 2. dec. 273. n. 4. 5. (quæ autem causa individua hîc censeatur, docet Novarr. de Var. & elect. for. sect. 1. q. 46.)* & appellatio ab uno correorum interposita, reliquis qui fatalia illius non observârunt, simul quoque prodest. *l. 1. & 2. C. Si unus ex plur. app. l. 10. ff. de App. vid. l. 10. quemadm. Serv. amitt. Carpx. Jurispr. Forens. p. 2. C. 9. d. 4. n. 5. & 11.*

§. 24. Sufficit autem aliquem in judicii ingressu miserabilem existere, licet forsan postea miserationis causa in eo desinat. *arg. l. 46. ff. de Jud. Veluti, si Vidua lite durante nubat; Pupillus adultus, pauper dives effectus sit: Non enim ideò privilegium cessabit, sed illæsum remanet, quod semel extiterat. Cum multa quidem rem fieri impediunt, quæ tamen legitimè factam minimè infringunt. arg. c. 25. ubi Dd. extra de Jurejur. tametsi etiam extiterit*

D

causa



causa principii constituendi aliàs expers. l. 85. §. 1. de R. J. c. 73. eod. in 610. Uti hoc nostro casu, ubi æqvitas non patitur, ut lis alibi finiri debeat, quàm ubi cœpta est. l. 30. ff. de Jud. conf. Alvarez. de Velasco de Priv. Paup. p. 2. q. 3. n. 10. Nisi fortè finitâ Miserabilis miserâ, in adversario postmodum aliqua exoriatur. Nam tunc omninò integrum huic est, forum in quo fortunam jurgandi experiri hæctenus coactus fuit, mutare; dummodo aliquas probabiles rationes allegare possit, ne dolo id agere videatur. conf. infra th. 70. Quod tamen in aliis personis post L. c. privilegia nanciscentibus non procedit. per. l. 7. ff. de Jud. l. 5. §. 7. de Jur. Imm. c. 19. extra de F. C.

§. 25. Transeundum nunc est ad alterum interpretationis sensualis speciem, quæ restrictiva est, seu limitativa. Cujus fundamentum est æqvitas excipiens casus, qui vi verborum contra mentem Legis ei subjicerentur. Quæ æqvitas proficiscitur Vel (1) Ex cassatione rationis finalis. Vel (2) ex facto, tum ipsarum personarum proprio; tum ipsius Superioris. Vel (3) Ex naturâ cause seu negotii. Vel (4) Ex naturâ seu qualitate litigantium.

§. 26. Ob defectum I. Cause finalis limitantur prædicta (1) In Pupillis & Minoribus, qui ad ætatem legitimam, quæ h. l. Anno 25. aut moribus Sax. 21. terminatur, pervenerunt. Nam licet aliàs pupillus & Minor distincta planè ætatum habeant discrimina. arg. pr. quib. mod. tut. fin. & l. ult. C. de his qui ven. At tamen quia nullum h. l. inter pupillos & minores attendimus differentiam, sed illorum appellatione hos quoque comprehendimus ob parilem scilicet ingenii fragilitatem, quæ parem quoque commiserationem exposcit. Ideò nec diversum ab iis, sed communem utriusque terminum fatalem hæc præfigimus. Quos limites & fœminis statuimus. Non obstat, quod maturius à Jure legitimâ ætate condonentur. pr. l. q. m. t. f. §. 8. d. Pup. sub. ne scilicet alioquin citius illæ quam masculi hoc beneficio priventur. ut in simili ait Schneidw. ad l. 1. l. 23. n. 12. Elapsò igitur hoc tempore adolescentiæ, & postquam annos Juventutis (v. l. 69. §. 1. de Leg. 3. & l. 42. de Min. l. 25. §. 1. ff. de App.) ingressæ sunt hæc personæ, privilegio n. L. un. amplius non gaudent. Cum eâ ætate judicium hominis censeatur quodammodo perfectum, ita, ut quivis sibi metipsi prospicere possit, l. 1. §. 2. de Minor. in cujus infirmitate

tamen, aliàs ratio commiserationis potissimum se fundavit. Spatium autem hoc 25. ann. naturaliter computandum est; *ex l. 3. §. 3. ff. de Min. l. 98. pr. §. 1. de V. S.*

§. 27. (2) *In Viduis ad secunda vota transeuntibus.* Nam uti & aliàs Viduæ per secundas nuptias Jura sua Vidualia amittunt. *v. l. 7. in f. C. de Rev. don. l. 22. §. 1. ad Municip. Ant. Fab. in Cod. l. 9. t. 28. d. 24. Richt. p. 1. dec. 9. n. 3.* Ità quoque & hoc nostrum per subsequens matrimonium tollitur. Quoniam denuò nubens statum suum immutat, conditionemque suæ miseræ in meliorem reformare creditur; dum nimirum vitæ solitudine abolitâ jam alia nova mariti jura nanciscitur. *l. ult. C. de Incol. l. 13. C. de Dignit. nullisq; imposterum oneribus Patrimonialibus subjacet, sed ea viro sustinenda relinquit. arg. l. 20. ff. de Jur. dot.* Has igitur ob causas, & imprimis etiam, quod præsidio Virorum destitutis, non maritatis, ab Imp. id concessum sit, meritò illis denegatur. Quamquam illud non sufficiat, si illæ solum desponsatæ sint, sed nuptias secundas oportet esse actu celebratas. *arg. l. 32. ff. ad Mun. Cum vidua desponsata etiam verè adhuc Vidua sit, ut in nonnullis casibus favorem ejus concernentibus pro uxore reputetur. l. 17. §. 1. de Priv. cred. l. 4. ff. de fund. dot. l. 5. C. de Bon. quæ lib.*

§. 28. Eadem ratione retinere non possunt hoc beneficium Viduæ, si Maritus, qui furore laboravit, compos mentis factus sit. Itemque si is, qui diu absuit ab illa, revertatur aut restituatur. *arg. l. 22. §. 7. ff. Sol. Marr. Nam tali casu mulier etiam invita cogitur in consortium iterum assumere redeuntem maritum. c. 1. & seq. c. 35. q. 1. etiam si alii jamtum nupta fuisset. arg. l. 11. §. 12. ff. ad L. Jul. de Adult. quod posterius tamen restringendum tantum est, ad casum absentiae probabilis & necessariæ, vel, si persona deferta, haut prævio desertionis processu legitimo, novas contraxit nuptias. Vid. Carpz. Defm. Consist. l. 2. t. 11. de 192. n. 15.*

§. 29. (3) *In diuturno morbo fatigatis ac Debilibus,* quando nimirum pristinae sanitati plenè restituti sunt. Dico Plenè. Quoniam h. l. non sufficit morbo esse liberatum, nisi & vires integras quis receperit. Quod innuere satis vox & Debiles videtur, quæ separatam quasi valetudinariorum speciem significat. Quare si debilis adhuc ex diuturno morbo aliquis existat, & convenia-

tur, poterit ad minimum iudicium ordinarium tamdiu declinare ac differre, usque tum Plenè reconvalescit. Sin verò Actor expectare nolit, tenetur eum coràm Iudice supremo actione pulsare.

§. 30. (4) *In fortune injuria Miserab.* quos melior felicitatis status tenet. Undè Furiosus qui sanæ menti firmiter restitutus est, Iudicis ordinarii Jurisdictionem amplius sub hoc prætextu subterfugere non potest. *arg. l. 10. §. 3. ff. de test. tut. conf. l. 10. §. 8. & l. 12. ff. de Exc. tut.* Simili modò Mutis, Surdis aut Cæcis, post recuperatos animi sui sensus, provocare ad summum Justitiæ tribunal haud licet. Pari passu cum his ambulant Pauperes, qui ad meliorem fortunam rursus aspirarunt.

§. 31. (5) *In causis Ecclesiasticis illis*, quæ non immediatè ipsam tangunt Ecclesiam ejusvè patrimonium; sed principaliter ad privatos tantummodo spectant. Sunt enim hîc probè ab invicem secernendæ tres quasi causarum species. Prima dicitur *Ecclesia*, quando nimirum ipsa Ecclesia, aut ejus administrator nomine illius, Actoris vel Rei vices sustinet: atque hæc Privilegio n. L. un. munita est. Altera est *causarum Ecclesiasticarum*, quæ neq; à Subjecto neq; ab objecto, sed ex aliâ prorsus ratione, puta fortè, quod coràm Iudice Ecclesiastico expediendæ sint, tales nominantur. Cujus generis sunt v. g. causæ matrimoniales, usurarum, &c. *de quibus latè Carpz. in Desin. Consist. l. 3. t. 1. d. 2. n. 14. & seqq. Fibig. Proc. p. 2. m. 1. sect. 1. p. m. 90.* Tertia continet *causas & actiones Ecclesiasticorum*; quando Clericus aliquis contra alterum, sive Clericum, sive Laicum, super re aliquâ ipsis propria seu privata, litem in iudicio movet. Hæ enim duæ posteriores uti improprie planè Ecclesiasticæ vocantur; ita non immeritò à beneficio d. L. un. exclusæ & ad normam Juris Comm. expediendæ sunt.

§. 32. Nec quicquam facit pro Clericis, quod Ecclesiæ itemq; toti ministerio id competat. Nam R. (1) Longè favorabiliorum esse causam Ecclesiæ, quàm Clericorum. Undè quoque multa Privilegia ipsi concessa sunt, quæ tamen ad ministros istius minimè extenduntur, ut de Præscriptione quadragenaria testatur *Schneidw. com. l. de Usuc. n. 25. conf. Salicet. in Auth. quas act. n.*

11. C. de S. S. Eccl. Et (2) quod datum quidem fit Ministerio, sed non ut singulis, verum ut universis seu toti alicui collegio aut universitati; tantumque; quatenus illud causam Ecclesie aut universorum in iudicio tractat. *vid. O. P. S. tit. 45. §. weil wir aber. Const. Elect. Prov. s. p. 2. in verb. Solch Privilegium aber. fac. Carpz. Jurispr. Forens. p. 2. C. 6. d. 24. n. 4.*

§. 33. Exceptionem tamen hic notat *Rebuffus tr. de sent. provis. art. 3. gloss. ult. n. 12. in Ecclesiasticis Pauperibus.* Quamquam ea non adeo videatur esse de Regula. Quoniam tunc isti non habent hoc Privilegium ut Clerici, sed ut Pauperes. Quare firmo adhuc talo subsistit, Pastores Ecclesie, separatim consideratos, pro miserabilibus personis non haberi. Quod praejudicio etiam confirmarunt Dn. Scabini Lipsi. Anno 1672. M. Febr. testante hoc *Dan. Gehe. tr. de Jur. & Priv. Pers. Mis. c. 1. §. 11. p. 14.*

§. 34. Suppar ratio est (6) in *Xenodochiis, Scholis aliisque locis piis.* Nam quoties & ibi intentata actio non id, quod iis ut universis debetur; sed saltim singulorum interesse persequitur; toties huic Constitutioni locus non est. *Per ration. antea add. & text. express. in O. Pr. S. t. 45. §. weil wir. conf. Carpz. Jurispr. Forens. p. 1. C. 28. de 116. n. 6.*

§. 35 (7) Limitant Dd. Benefic. d. L. un. in *Personis Illustribus.* Tum (1) quod illae potentiam Judicum inferiorum non perhorrescant. Tum (2) quod injuriosum & minus decorum ipsis foret, si pro Miserabilibus reputarentur. Quam sententiam quoque in summo Appellat. Judicio Dresdensi approbatum fuisse, praejudicio confirmat *Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 27. 28. & in Proc. Jur. tit. 3. a. 6. §. 2. n. 28. 29.* Verum enim vero si textum nostrum paulo altiori indagine pensitemus, vix est, ut exceptio haec subsistere possit. Nam quod primum attinet, R. (1) Neutiquam requiri in d. L. un. ut, qui ea uti velit, necessario pertimescere debeat Judicis inferioris potentiam; quin potius concedi etiam iis, qui eam non timent, dummodo ex alia causa Miserabiles existant, ex vocula *Præsertim* supra jam testatum fecimus *S. 1. th. 17. add. Gerh. Feltn. de Jur. Perhorr. c. 9 §. 5. p. 48.* Imò (2) licet illae Judicis inferioris potentiam non timeant, possunt tamen quandoque adversarii vim ac potestatem vereri, quod sanè h. l.



sufficit. *Vid. Feltm. d. tr. c. 8. §. 4. p. 40.* Quantumvis ergò in eminentioribus his una cesset causa, altera tamen beneficium illud adhuc sustinet. *arg. §. 6. l. de Nupt. l. 8. §. 2. ff. de Priv. cred. Id. Carpz. Defn. Consist. l. 2. t. 2. d. 329. n. 12.* Adesse autem hìc potest Viduitas, &c. quæ sola hoc Privilegium meretur, præprimis cum Viduæ Illustres non minùs quam plebejæ ex animi imbecillitate sæpè adversus propria commoda laborare inveniuntur. *l. 4. inf. C. de Spons. Nec, ut divitiæ, ità Nobilitas iudicii infirmitatem relegat. fac. Alvarez. de Velasco. de Priv. Paup. p. 2. q. 3. n. 29. f. 27.* ut adeò vel ob has ipsas causas omnibus modis iis quoque succurrendum in simili ipsemet s'vadeat *Carpz. p. 2. dec. 142. n. 21.*

§. 36. Ad (2) R. Neutiq'vam ipsis per hoc injuriam inferri, quod in Processu Miserabiles deberent appellari. Non enim ideò Miserabiles dicuntur, quod beneficio Miserab. uti velint; sed quia in se jam Miserabiles sunt, ideò illud Privilegium habent. Accedit, quod si vel maximè injuria ipsis fieret, volentibus tamen ac consentientibus ea obtingeret, ac propterea nullius momenti censenda esset, *per l. 34. C. de transact.*

§. 37. (8) Locus non est huic Privilegio, si Miserabilis non ut Principalis, sed ut accessorius liti accedit. Puta si alterius Procurator est, aut tutor. &c. Quoniam tunc non de suo, sed alterius commodo vel incommodo certat, ac propterea nullà commiseratione dignus est. *fac. l. 23. ff. de Min. Secus tamen se res habet, si Procurator in rem suam sit. Vid. Bernh. Scotan. Ex. Jur. l. 5. t. 1. ad. h. t. p. m. 179. & utili actione experiatur. arg. l. ult. C. de her. vend. l. 55. ff. de Proc. dummodo (1) cessio non facta fuerit in fraudem adversarii. l. 4. §. 1. ibiq; Gloss. ff. de al. jud. mut. Scot. l. c. Nec (2) actio à cedente antea intentata. Aliàs enim eòdem in iudicio continuare cessionarius tenetur. *per l. 49. §. 1. ff. de Jud. conf. Gabr. Alvarez de Velasco. de Pr. Paup. p. 2. q. 3. n. 17. & 20.**

§. 38. (9) Morte Miserabilium extinguitur, nec ad hæredes transit, *l. 4. §. 1. de Priv. cred.* quoniam ob certam personæ qualitatem competit, quæ cessante post mortem, & ipsum quoque evanescit. *arg. l. 6. §. 14. ff. de Exc. tut. l. 68. de R. J. l. 13. Solut. matr. l. 42. ff. de Adm. tut. vid. omninò Ant. Capycium. in Decis. Neap. d. 109. n. fin. f. 71.*

f. 71. Nisi forte lis à defuncto fuerit inchoata. arg. l. 34. ff. de Jud. tunc enim quia non personæ amplius, sed rei potius seu actioni inherere hoc beneficium incepit, ad hæredes quoque cum illa transmittitur, ita ut hæredes idem postea, quod demortuus ipse, præstare in ea valeant. l. 59. de R. J. Unicò hòc exceptò, quod post sententiam à Judice pro se latam impedire non possint, (exemplo defuncti. Vid. th. ult.) quò minus adversarius remediò aliquo suspensivo eam impugnare queat. Quoniam illi reverà Miserales non sunt, sed fictione saltem Juris loco illorum habentur: quæ tamen fictio nimium extendenda non est. arg. §. 11. de Leg. Præprimis cum de præjudicio tertii, partis scilicet adversæ h. l. agatur, cui certè Beneficium Secundæ Instantiæ temerè auferendum non est.

§. 39. Porrò II. restringitur mens n. L. un. ob factum Miserab. proprium, & quidem (1) Licitum seu honestum, quod contingit vel Renunciatione Privilegii, quod iis utiq; licet. arg. l. 51. de Ep. & Cler. l. pen. C. de Pact. l. 12. C. de Exc. tut. l. 1. si quis in Jus voc. l. 41. ff. de Min. l. f. C. de temp. app. Nov. 136. c. 1. Cum non tam publicæ quàm miserorum privatæ utilitatis causa illud sit indultum. Gail. l. 1. Ob. 1. n. 29. & Ob. 40. n. 1. & 9. quo tamè casu necesse est, ut in specie Benef. L. un. renunciaverit. arg. l. f. §. pen. ff. & l. 21. C. ad SC. Vell. ibiq; Dd. neq; sufficit, si v. g. in chirographo, aut aliâ ratione generaliter tantum pactus sit, ut, si promissis non stare, ubicunq; locorum conveniri possit. Tum per text. express. in l. 18. ff. de Jurisdic. tum, quia foro saltim proprio sive domicilii, non privilegiato renunciassè creditur. Joseph Mascard. de Prob. concl. 1264. n. 12. Covarr. pr. qv. c. 10. n. 5. Quod si autem expressè Jus hoc abdicatum sit, regressus ad id denuò non datur. per l. 14. §. 9. de Ædil. Ed. Cum satis absurdum foret redire ad id, cui quis semel renunciandum putavit, ut loquitur Imp. in l. 11. C. de R. C.

§. 40. Vel Cedendo illud alteri. ut ex Rebuff. & Vultej. probat. Ant. Perez. in Comm. l. n. 5. non quidem per se & in abstracto, sed in consequentiam, & in concreto, factâ nim. cessione actionis directæ in alium. arg. l. 5. C. de her. vend. l. 70. de Proc. Ubi tamen notandum, quod actio hæc cessa ita in alium transferatur, ut à persona Miseraali ea non planè avellatur, sed tanquàm character impres-

impressus personæ cedentis ossibus infixæ maneat. ut loquitur
 Gloss. in l. 16. ff. de Pecul. Bach. de Action: D. 4. th. 3. Siruv. Ex 7 th. 26.
 & tantum exercitium directæ actionis ac Jus movendi actiones
 ex persona cedentis. l. f. C. quand. fisc. vel priv. l. 9. C. de Proc. in
 cessionarium transeat, ut hic non suo, sed cedentis nomine, &
 ex ejus personâ libellum totumque processum formet. l. 3. pr.
 Pro suo l. 16. ff. de Pec. Donell. in l. 3. C. mand. n. 6. Carpz. Jurispr. Forens.
 p. 2. C. 25. d. 16. in f. Aliud tamen dicendum, si utili tantum
 actione cessionarius experiatur, quoniam tunc ex personâ pro-
 priâ, ex quâ nullum privilegium habet, agit. arg. l. 55. de Proc. l. 1. C.
 de O. & A.

§. 41. (2) Facto inhonesto ac illicito amittitur: Vita turpi & lux-
 uriosa. Nov. 18. c. 5. sub. f. l. 47. de R. N. Unde Vidua impudicè
 vivens præter alia lucra Vidualia hoc quoque privilegium perdit.
 v. l. 7. inf. C. de Rev. don. add. Coler. dec. 176. n. 49. Richt. p. 5. conf.
 17. n. 14. Bouric. de Advoc. c. 14. p. 65. æquiparatur enim talis, Vi-
 duæ ad secunda vota transeunti. c. 8. ibiq. Interpp. extra de convers.
 conjug. l. 7. C. de Revoc. don. Intelligitur autem non tantum tunc
 Vidua inhonestè vivere, quando stuprari penitus se passâ est;
 verum etiam tum, si alia læsæ pudicitie macula communi famâ
 laboret, fortè quod frequens ad eam, præprimis intrâ luctus an-
 num, fiat aditus. fac. Carpz. Jurispr. Forens. p. 4. C. 27. d. 4. n. 5.
 & C. 29. d. 1. n. 6. Ad osculum tamen nudum hoc neutiquam por-
 rigimus. Per ea quæ in simili tradit Menoch. A. J. 2. l. 2. cas. 287.
 n. 8. 9.

§. 42. Ex his itaque spontè sua insimul illud fluit, quod nec
 fœmina minorennis, quæ vitam meretriciam sibi semel ele-
 git, favore d. L. un. fruatur. Sed Qv. Num pari modo masculi
 quoque minorenes ob commissam fornicationem aut stuprum Privilegio hoc
 privandi sint? R. Quamvis aliàs in masculis non tanta castitas re-
 quiratur, quanta quidem in fœminis. l. 43. §. 12. de R. N. l. 5. C. ad
 SC. Orfic. Schneidw. ad l. 1. l. 1. 22. pr. n. 7. f. 124. Nihilominus tamen
 cum non minus quam fœminæ contra Leges pudicitie & hone-
 statis publicæ malitiosè delinqvant, æquum etiam est, ut ob pa-
 ritatem rationis delicti, parem quoque cum illis pœnam luant.
 Nov. 127. c. ult. II. F. 54. vers. ut autem. l. 32. pr. ad L. Aq. l. 9. §. 2. ff. de
 Edend. l. 7. C. de Rev. don.

§. 43. Præ-

§. 43. Præterea non competit hoc Privil. Excommunicato seu Bannito: cum is omnia fori beneficia amittat. *c. 1. de Except. in 6to c. 1. extra de Rescr. c. 7. extra de Jud. undè & immediatè in Camera Imp. conveniri potest. Ord. Cam. p. 3. t. 9. Gail. l. 1. O. 1. n. 38. & l. 2. c. 12. de Pace publ. Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 140. n. 26. Item nec Hæreticis, hi enim excommunicationem ipso Jure incurrunt, ut sunt e. g. Judæi. *per. c. 9. 7. & 13. pr. §. credentes extra de Heret. c. 49. extra de Sent. excom. conf. Alvarez de Velasc. de Priv. Paup. p. 2. q. 3. n. 70.**

§. 44. Jam III. Ad factum Superioris devenio. Ubi Qv. An Princeps possit h. Privil. Personis Miserabilibus auferre? R. Regulariter Neg: quoniam d. L. un. non simpliciter Juris positivi est, sed quodammodo etiam Divini, utpotè ex quo originem trahere testatur tum *th. 26. tum c. 23 & 26. c. 23. q. 5. add. Lactant. Divin. Instit. l. 6. c. 13. p. m. 476,* in talibus autem Boni Principis potestas potens non est. *arg. §. f. q. m. t. inf. add. Siruv. S. J. C. Ex. 2. th. 9.* Imò si citrà justam causam Princeps illud Miserabili detrectet, poterit hic ad Cameram vel Imp. tanquam in casu denegatæ Justitiæ supplicare, eoqve sic causam pervolvere. *Quod si verò nec à Cesare id impetrare posset, licere in supplementum Justitiæ administrandæ ad Pontificem provocare tradit Sichard. in Prælect. h. Rubr. n. 1. inf.* Cujus tamen assertum procedere tantum videtur in rebus Ecclesiasticis & quidem iis solum, quæ ad Principes Pontificiæ religioni addictos pertinent; cum in Protestantium Ecclesiis Papæ Jurisdictio prorsus suspensa sit per *Instr. Pac. Osnabr. art. 16. vers. Alle Geistliche, etc. conf. J. Wurms. Ex. J. P. 5. th. 15.* Nullâ autem ratione in Secularibus, utpote in quibus Pontifex Cesare minimè est superior. Undè etiam nec appellatio ad eum permittitur. *vid. R. J. de An. 1654. §. 164.* sed provocans tanquam contemptor Majestatis Imp. centum auri puri marcis mulctatur. *Carpz. D. d. Priv. Non-App. th. 10. n. 24.*

§. 45. Exceptio tamen est tunc, quando Princeps sufficientes rationes allegat. *per l. f. G. Si contr. Jus. Gail. l. 1. O. 14. n. 6. & l. 2. O. 58. n. 9.* puta si apertam Miserab. deprehendat malitiam, v. g. si ex productis instrumentis liqvuidissime de debito constet, ita ut

E in

quiritur
th. 26.
tiones
oc. in
ne, &
l. 3. pr.
Forens.
antum
â pro-
l. 1. C.
& lux-
pudicè
perdit.
s. conf.
lis, Vi-
convers.
m tunc
assa est;
ni famâ
ctus an-
4. n. 5.
m por-
cas. 287.
od nec
nel ele-
o masculi
ilegio hoc
titas re-
l. 5. C. ad
s tamen
& hone-
t ob pa-
m luant.
s. 2. ff. de
43. Præ-



in promptu definiri controversia possit, ille verò protelandi tantum processus gratia provocet ad Superiorem. Quia (1) Malitiis earum non est indulgendum. *l. 38. d. R. V.* si vexandi tantum animo eò uti velint. *arg. l. 30. ad SC. Vell.* Et (2) ne subterfugiis his causæ summarix & executivæ malitiosè protrahantur. *Alvarez. de Velasc. l. c. n. 67.* Tum (3) quoniam ipsarum quoque Mis. Pers. interest, quam-citissimè condemnari si malam causam foveant. *fac. l. 6. de Min. l. 1. §. 1. ff. de Inoff. test.* Quod præjudicio firmat *Ant. Fab. in Cod. l. 3. t. 12. d. 24. n. 5.* Dummodò quidem de malitia illius luculenter satis constet. In dubio enim dolus in illo non præsumitur, cum suo miser Jure utatur. *arg. l. 24. §. 12. ff. damn. inf. l. 1. §. 12. Aqv. plur. l. 151. & 155. §. 1. de R. J. Alvarez. de Velasc. l. c. n. 68.*

§. 46. IV. Illud adhuc monendum est cessare quandoque Privilegiatus ob concurrentiam duarum Pers. Mis. Nam sicut Privilegiatus contra æque Privilegiatum regulariter non potest uti suo Priv. *l. 17. ff. de Priv. cred. l. 8. pr. ff. de Exc. tut. l. 11. §. 6. de Min. O. Pr. §. 43. §. wenn man.* ità nec hæ personæ invicem suis gaudebunt, sed utrinque illis confusis in foro cujusque proprio & ordinario se convenire tenentur. Quod præjudicio roborat *Joan à Sande Dec. Fris. l. 1. t. 1. d. 2. p. 2. it. Bouric. de Advoc. c. 14. p. 64.*

§. 47. Nec quicquam facit, quod unus fortè Mis. agat Jure saltim cesso, alter verò proprio. *Alv. de Velasc. l. c. n. 53.* neque attenditur ex eadem an diversâ causa tales existant, puta si altera pars pupillus, altera Vidua. Item: An naturâ ambæ, an una pars earum ex accidenti tantum miseriam laboret. v. g. si Actor sit Pupillus, Reus verò morbo fatigatus, vel pauper. Cum sæpè magis accidens, quam natura soleat attendi. *arg. l. 4. C. ad L. jul. de Ad. conf. sect. 1. th. 10. dummodò non unius conditio alterius sit miserabilior aut gravior.* Veluti si cum Pupillo vel Vidua locuplete litiget Pupillus pauper, morbové diuturno fatigatus. Tunc enim quia hic duplici quasi miseriam laborat, privilegio quoque magis favorabili ac fortiori adversus Viduam minus Mis. uti potest. Prout testatur *Scaccia. de App. q. 7. n. 129. add. Dan. Gehe. de Jur. & Pr. Pers. M. c. 2. §. 7. p. 21.* Idque non tantum tunc valebit, si Pupillus initio statim judicii majori præ Vidua miseriam prematur; verum etiam,

etiam, si lite pendente misera ipsius conditio, novâ fortunæ injuriâ augeatur, ita scilicet ut vel statim, vel si malit, in secunda Instantia causam ad superiorem evocare queat.

§. 48. Similiter quando *Vidua dotem repetens* actionem movet adversus Pupillos, hi fori præscriptione se tueri non possunt; Cum in vidua duplex privilegium concurrat, Personæ scilicet & causæ. *vid. latè Ant. Fab. in Cod. l. 3. t. 14. d. 1. n. 3. ubi præj. Berl. p. 1. Concl. 65. n. 125.*

§. 49. Sed quid dicendum, si *Adversarius Privilegium habeat*, non quidem à lege, ratione conditionis vel causæ suæ; sed à Principe ex gratia concessum, ut non nisi in Aula ipsius conveniri debeat: An nihilominus adhuc Mis. illum coram Ordinario vi h. l. un. possit accusare? R. si quidem generaliter tantum conceptum sit, tunc Privilegio Miserabb. non nocet. Quia specialiter privilegiatus contra privilegiatum in genere potest uti suo privilegio. *vid. Carpz. l. 2. t. 3. R. 37. n. 10. & J. Scharf. Comm. h. n. 4.* Cum generalia Principum privilegia semper tacitam annexam habeant clausulam, *salvò Jure tertii quæstio specialiori. Gail. l. 2. O. 58. n. 4. 6.* Quando autem expressè additum est in Diplomate, ut neque à Miserabb. invitus ad inferiorem trahi possit, tunc sequi Reum miserabilis cogitur. Non quidem ideò, quasi Beneficium d. l. un. ipsi per hoc ademptum esset, sed quod Reus iste Privilegiatus nullum tunc Judicem competentem alium præter Principem habet. *arg. l. 1. ff. si quis injus. voc. non.* Cum igitur Judicis ordinarii Jurisdictioni prorsus exemptus sit, ad eum quoque, tanquam ad incompetentem, vocari à miserab. nequit.

§. 50. Eadem ferè Juris decisio obtinet etiam tunc, quando aliquis Privilegium de Non-Evocando ad summum Principem nactus est. Nam si illud generale est, uti v. g. Professorum. &c. *ex Auth. C. Ne fil. pro Patr. defendere eò adversus Miserabb. se non possunt. Carpz. l. c. n. 6. & 24. ubi præj.* Secus si specialiter Miserab. quoque completatur. Tunc enim quia tale Privilegium maximè conveniens est Juri communi, ac propterea magis præferendum illi, quod contra Juris regulas introductum, meritò quoque Miserab. coram ordinario adversarii Judice jurgandi fortunam experiri tenentur. *conf. Carpz. l. 2. t. 2. R. 37. n. 20.*

§. 51. Aliter tamen paulò se res habere videtur eo in casu, quo Actor tenore impetrati ab Imp. Privilegii invitos Reos Miserab. ad Superiorem veli trahere. Ibi namq; interesse omninò existimamus: An Privilegiatus iste agat de lucro captando, an de damno vitando? Hoc casu effectu non destituetur Privilegium, plus enim tunc favetur damnificaturo, quam lucrum capturo. arg. l. f. ff. ex quib. caus. uti plurimis exemplis id demonstrat. Carpz. l. c. n. 14. 15. & Disp. de Pr. de Non-App. th. 50. n. 27. Illò verò nihil operabitur, tum per ration: alleg: tum etiam ne Beneficio secundæ Instantiæ hæc ratione Miserab. defraudentur.

§. 52. Quid autem Juris, si v. g. Debitor Persona Mis. impetraverit à Principe literas Privilegiatas seu moratorias, Anstands-Briefe? R. Aut lapsus est bonis iste adversarius propriâ culpâ, aut fortunæ injuriâ. Illo casu, uti nec moratoriis dignus est. Pol. Ord. An. 1577. t. 23. §. 1. ità nec iis impedire potest, quò minus ab Actore Miserab. conveniri & beneficio L.n.un. vel ad superius, vel inferius tribunal invitus trahi possit. Hòc verò, cum ipse quoq; reverà Miserab. sit, hoc quidem privilegii habet, ut invitus ad Judicem aliquem vocari nequeat. ex L.n. un. Non tamen per literas istas quinquennales ab omni conveniendi facultate immunem se præstare potest. Tum, quia ad causas pias ex non porriguntur. arg. l. 43. ff. de Rel. & sumpt. conf. Menoch. A. I. Q. l. 2. cas. 203 n. 20. Tum quia causæ Miserabilium nullam dilationem admittunt, quam tamen literæ hæc ubiq; intendunt. A. Fab. ad C. l. 1. t. 9. d. 20.

§. 53. Ulterius V. non admittitur hoc Beneficium ex naturâ & qualitate nonnullorum negotiorum. Ut si v. g. (1) Pupillus vel alia Miserabilis Persona compellere aliquem velit judicialiter ad reddendas (secus si ad edendas tantum. contra Cujac. vid. Carpz. l. 2. t. 2. R. 33. n. 20.) rationes fortè administratæ tutelæ l. 54. §. 1. de Proc. l. 45. ff. de Jud. prout ità quoq; responderunt Dn. Scabin. Lips. teste Dan. Gebe de Jur. & Priv. & c. c. 2. §. 9. vel Curæ l. 19. §. 1. ff. de Jud. aut Syndicatûs. vid. Alv. de Velasco l. c. p. 2. q. 3. n. 76. aliorumvé negotiorum gestorum. l. 36. ff. de Jud. tunc non in Regia Curia statim, sed in loco negotii gesti pulsare eum actionibus debet. Nisi Administrator ultrò in aliud iudicium consenti-

sentiat. *Carpz. Proc. Jur. t. 3. a. 6. §. 4. n. 42.* Est enim de naturâ ratiociniorum, ut in eodem loco, quo facta fuit administratio, ibi & eorum calculatio fiat. *l. 1. C. ubi de Ratioc.* tum quod in loco, ubi res gesta est, & cognitio sufficiens, & nota testimonia, & verissima possunt documenta præstari, *per l. 2. in f. C. d. t. Carpz. l. 2. t. 2. R. 33. n. 14. add. Cujac. ad l. 1. C. ibid.* Tum etiam ne rationario officium suum evadat damnosum, si alibi rationes reddere magnâq; cum molestiâ & expensis peregrinari, teneretur. *Contrâ l. 61 §. 5. ff. de Furt. l. 7. ff. test. quem. ap. l. 54. ff. de R. V. c. 2. extra de Fidej. c. 30. de Elect. in 6to.*

§. 54. Idq; in tantum procedit, ut licet plures sint v. g. tutores vel curatores &c. sub diversis jurisdictionibus habitantes, tamen non possint coram Judice omnium superiore, sed solummodò in loco negotii gesti conveniri. *cujus rei fidem facit Berl. p. 2. dec. 273. n. 12. ubi præj:* Sicut ex adverso in loco administrationis reddere obstructi sunt, etiamsi alibi domicilia sua habeant. *Ord. Pol. El. de An. 1612. von Justitien-Sachen. §. 7. in f. Nov. dec. Elect. 36.*

§. 55. Quæ autem dicta sunt de actione reddendarum rationum, ea non solum de directa, quam ipsæ Miserab. Pers. contrâ administratores instituunt; Verum etiam de contraria, quæ rationarii ad id, quod ipsis sine culpa ex administratione abest, agunt, intellecta volumus partim ob identitatem rationis. *d. l. 2. C. ubi d. Ratioc.* quod nimirum eo locò totius rei instructio amplior sit. *Vid. Cuj. in Parat. ad. d. l. & Carpz. l. 2. t. 2. R. 33. n. 19.* partim & potissimum ob reconventionis naturam.

§. 56. Perdit enim omninò (2) officium suum *d. L. un. in Reconventionibus.* Utpotè in quibus eò Jure semper utimur, ut cuius in agendo Judicis observavit quis arbitrium, eum habere & contrâ se haud dedignari queat. *ut habet. l. 14. C. de Sent. & interloc. Arb. Et consequ. eod. Nov. 96. c. 2. c. 3. §. Rem. de Reser. in 6to.* à qua nec ipsi Legati immunes sunt. Ut ut alias gaudeant Privilegio, quod nusquam in Jus vocari possint. *l. 2. §. 5. ff. de Jud. Neq; Clerici, qui coràm seculari magistratu alios convenère. per Gloss. in c. 4. extra de Jud. Nov. 123. c. 5. Myns. c. 2. Ob 67.* Imò nec ipsi Principes Imp. qui alioquin soli Imperat. parent; Si nim: apud ali-



um Imp. Statum iudicio aliquem pulsarunt. *vid. D. Nicol. Proc. Jur. c. 13. n. 6.* Cum igitur in Personis Miserabilibus quoad Re-conventionis Jus speciale quid dispositum non reperiatur in n. L. un. Regulis Juris Comm. merito inhæremus l. 27. C. de testam. l. 32. C. de App. c. 1. de Const. in 6to Ord. Cam. p. 3. t. ult. §. 1. Exceptionem tamen hæc admittunt tum: quando pars adversa dolo fortè effecit, ut conveniretur à Miserabilibus, quo ipsum deindè reconvenire iterum posset. Ut evincit l. 2. §. 5. vers. sed et si ff. de Jud. Abb. Panorm. in c. 1. extra de Mut. petit. n. 37. J. Wurms. Ex. I. P. V. th. 14. n. 3.

§. 57. (3) Impedit effectum n. L. causarum connexitas. Nam si personæ hæc cum aliis diversarum Jurisdictionum subditis tanquam Correi communis negotii vel Rei concurrunt, tunc coram supremo omnium illorum magistratu respondere tenentur. *tot. tit. ff. de quibus rebus ad eund. c. ult. extra de Rescr. l. 3. l. 10. C. de Jud. l. 13. C. de R. V. neq; tueri se possunt exceptione Beneficii d. L. un. Quemadmodum nec reliqui fori incompetentiam prætereendere possunt. Vid. J. G. Nicol. Proc. Jur. c. 29. n. 4. Myns. c. 1. Ob. 4. Quoniam causæ connexæ dividi non debent. c. f. extra de Rescr. l. 5. C. Arbitr. iur. Berl. p. 1. Concl. 3. n. 10. Gail. l. 1. O. 32. n. 6.*

§. 58. Fallunt tamen hæc (1) Si Judex imploratus Supremus non fit simul dominus Personarum Miserabilium territorialis *arg. l. 12. §. 1. de Reb. Auth. jud. Mindan. l. 3. de continent. caus. c. 3. n. 8. Menoch. l. 2. A. I. Q. c. 4. cas. 371. n. 23.* (2) Si Actor captiosè pro forma saltem, & dicis gratia Reo Miserab. adjungat forenses, ut nimirum hæc ratione Beneficium n. l. un. ipsi intervertat. Potest enim is rectè adversus conjunctionem hanc excipere, teneturq; Judex super incompetencia pronunciare, uti sæpius factum contra Berl. rectè defendit *Carpz. l. 2. t. 2. R. 17. n. 10. & Process. Jur. t. 3. n. 5. n. 31. 32. Nicol. Pr. J. c. 29. n. 5. p. 308. ne scilicet aliàs per indirectum & fraudulenter beneficio primæ Instantiæ priventur Miserab. quod directò invitis adimi nequit. c. 13. c. 11. q. 1. Rauchb. p. 2. q. 11. n. 11.*

§. 59 (4) Est Litis denunciatio, quæ illud speciale habet, ut quivis lris-denunciatus defensurus Reum in iudicio semper fo-
rum

rum illius sequi obstrictus sit, etiam si is aliud peculiare forum privilegiatum habeat: Uti sunt v. g. Ecclesia, Fiscus aliæq; injuriæ Miserales, ob generalitatem textus in l. 49. pr. ff. de Jud. quæ per l. n. un. nullibi restricta est. *conf. Gail. l. 1. Ob. 37. n. 7. Hartm. Pistor. Obs. 228. n. 12. 14. Treutl. V. 2. D. 2. th. 8. lit. A. ibiq; Bach. Carpz. l. 3. t. 2. R. 20. n. 13 Berl. p. 1. con. 24. n. 95.* Ratio autem hujus est (1) quod tunc denunciatus non ut Principalis & ex Persona propria, sed ut tertius in judicium veniat, veluti Procurator aut defensor aliquis. Quo pertinent verb. *Ord. Pr. El. Sax. t. 14. S. würde. ibi. sondern ihm alleine assistiren/ oder aber an statt und vort wegen desselben defensorio sive Procuratorio nomine die Sache aufzuführen möge. &c.* Jam verò semper ibi res defendenda ubi agitur l. 5. S. fin. *Judic. solvi l. 2. C. ubi in rem act. Add. Goth. ad l. 49. ff. de Jud. (2)* quod lis inter petitem & emptorem jam tum eo loci cœpta sit, ac propterea quoq; continuanda atq; finienda. l. 49. pr. *vers. res inter emptorem. &c. & l. 30. ff. de Jud.*

§. 60. Hinc (5) etiam concludimus cessare Benef. hoc in Actionibus hereditariis tam activis (ut sic loquar) quam passivis à defuncto inchoatis. l. 34. ff. de Jud. Harum enim si hæredes sunt P. M. processum in eodem illo judicio eas oportet reassumere, nulloq; proprio privilegio ab eo excusantur, ut ait. l. 19. pr. ff. eod. Quod etiam in Clericis, Fisco & aliis personis privilegiatis obtinet. l. 6. pr. ff. de Jur. Fisc. *Gail. l. 1. Ob. 37. n. 8.* Cujus rei ratio in promptu est, (1) quia illæ tunc succedunt in locum demortui, l. 34. ff. de Jud. inq; omne Jus illius tam favorabile, quam odiosum, l. 24. ibiq; *Dd. d. V. S. eumq; per omnia repræsentant. (2)* Quod contra factum prædecessoris successores venire haud deceat. l. 14. C. de R. V. Cujus regulæ limitationes vid. ap. D. Siebenthal. in *Coll. Pol. D. 8. q. 4.* Alia tamen ratio est, quando lis cum defuncto nondum cœpta est. Illo namq; casu privilegiatus succedens non-privilegiato suo privilegio utitur. *Alvar. de Velasc. de Pr. Paup. p. 2. q. 3. n. 21.*

§. 61. Præterea vires suas amittit in Recognitionibus documentorum. De recognoscendo enim præceptum Miserales recusare non possunt. *Alvarez. d. l. n. 43. add. th. 45. f. 2.*

§. 62. Cæterum quod Materiam L. n. un. in quibus ea locum habeat,

habeat, attinet, istius quidem nulla h. l. specialis ac nominata mentio occurrit; Certum tamen est, quod, cum Imp. indefinite loquatur, beneficium quoque hoc tacite ad omnes res & actiones extensum voluerit, nisi quædam vel ex natura sua id non admittant, vel aliam ratione exemptæ sint. Indè locum habebit I. In *causis Civilibus*, tam Realibus, quam personalibus; tam ex verò, quam ex qf. contractu descendentes. Nec in rebus tantum Secularibus, sed & Ecclesiasticis: siue actio instituat de Petitorio siue de possessorio.

§. 63. Ità & in *Arestis* obtinet, in quorum impetratione non præcisè forum domicilii (quoad bona mobilia. v. *Carpz. p. 1. C. 29. de 21.*) neque rei sitæ (si immobilis res sit, v. *Berl. p. 1. Con. 74. n. 59.*) sed potest statim immediatè ipsius Superioris Cancellariam implorare. Non tantùm tunc si periculum in morâ sit; aut Reus sub diversis inferioribus Judicibus bona dispersa possideat, vel etiam immediatè Principi subiectus sit. Illud enim Juris comm. est. *Ch. S. P. D. 1. 51. §. wenn aber. vers. Als wenn des Schuldners. Carpz. p. 1. C. 29. d. 23.* verum etiam si ipsi in Regia urbe fortè degenti saltem non libeat eapropter ad iudicem ordinarium iter suscipere. Quoniam nim. *semper omnis cautela servari debet, ne persona hæc terminos provinciarum suarum cogantur excedere.* ait. l. un. n. quæ causa cum satis prægnans atque justa sit, tale Arrestum ab ipso summo Principe eliciet. *arg. Ch. S. P. D. l. c. vers. man hätte denn dessen erhebliche und andere bewegende Ursachen. &c.*

§. 65. *Requiritur tamen ut impetratò eò, Judicibus inferioribus, sub quibus debitor domicilium vel bona habet, id significetur.* *Ord. Pr. l. c. Berl. p. 1. Conc. 74. n. 77.* hóc enim omisso reliquis creditoribus, qui post illum ab inferioribus magistratibus Arresta obtinuerunt, non præfertur. *Richt. de Jur. & Priv. Cred. c. 4. sect. ult. n. 55.*

§. 66. II. *Criminalibus.* *Gabr. Alvar. de Velasc. de Pr. Paup. p. 2. q. 3. n. 23. Tulden. comm. h. n. 2.* quod expeditum est, si P. M. actrix sit. Sed an idem quoque obtineat in Miserabili Reo, ut nim. ipsi integrum etiam sit forum aliquod eligere, magis dubii habet. *Prælaud. Dn. Tulden id Affirm. post alios à se allegatos.* Cujus sententia tolerari potest eò in casu, quò incertum adhuc est, utrum

trum

trum ille revera Reus illius criminis sit, cujus infimulatus fuit, aut quoties altiore tantum probationem & inquisitionem ea res desiderat. Quamquam tamen nec tunc illum omnimodo immunem a potestate Judicis ordinarii pronunciemus; verum potest hic nihilominus eum adprehendere, aut incarcerare; suspensam tamen interim executione aut inquisitione ulteriori, donec a Superiore, ad quem Mis. provocavit, vel potestatem animadvertendi in illum acceperit, vel jussus fuerit eidem illum transmittere. *arg. l. 3. §. 2. & 3. C. ubi Senat. l. 27. ff. de Pen.* Quem in modum etiam Clerici a Magistratu Laico incarcerari possunt. Ut pluribus ostendit *Hartmannus Hartmanni in Obs. pr. l. 2. miscell. c. 2. obs. 4.* Sin vero delicti perpetrati manifeste convincatur, quin puniri possit, non ambigo, cum reatus omne fori privilegium tollat. *l. 1. C. Ubi Senat: Carpz. p. 2. dec. 191. n. 24. & Pr. Cr. p. 3. q. 110. n. 15.*

§. 67. III. *In rebus Feudalibus. Authore Curt. Jun. de Feud. part. 8. n. 12. Ludw. in Synops. J. F. c. ult. n. 8. p. m. 403. ibiq. citati.* Quod tamen indistincte concedendum non est, sed iis tantum in casibus, in quibus quaestio feudalis non coram Seniore vel Paribus Curiae, sed ordinario loci vel litigantium Judice ventilanda venit, uti v.g. si Vasallus Miserab. cum Domino super feudo litiget, & alii Pares non adsint. *2. F. 16. ibiq. D. Birsch. in Comm. n. 5. p. 314.* Vel si pares suspecti sint; aut testes in eadem causa existant. Nec non tunc, quando P. M. non-Vasallus instituit actionem adversus Dominum vel Vasallum aliquem propter Feudum. &c. &c. In his enim casibus omnibus, cum certus ac necessarius Judex feudalis praestitutus non sit, sed totus processus in judicio ordinario Civili, & secundum Jus commune instituendus veniat, & quum quoque est, ut quoad hanc etiam partem dispositioni Juris Comm. eum relinquamus; praesertim cum specialiter Miserabilibus hoc datum sit, ut quodcunque judicium ordinarium praeterire, & ad summum statim Justitiae theatrum causam perolvere possint.

§. 68. Praeter hos tamen casus & similes tales alios, nemo Vasallorum a Curia Domini sui directi temere liberabitur, quantumvis etiam maxime personali aliquo fori privilegio munitus sit. Quoniam in rebus feudalibus id non attenditur, sed seposi-



to omni personarum respectu illud unice quæritur, num quis sit ex Vasallis. Undè quoque est, quod nec Reges aut Principes, qui feuda ab inferioribus v. g. Ducibus &c. recognoscunt; judicia eorum feudalia ullo modo declinare, aut iis citrà amissionis pœnam fidelitatem recusare possint. *per. 2. F. 100.* Ex eadem ratione neq; Clerici à Curia feudali sunt immunes *per 2. F. 20. & text. express. in c. 6. 7. extra de F. C. c. 13. vers. non enim. extra, de Jud. in quibus ipse Pontifex remittit Clericos ad Dominos feudi, ut ut illi aliàs fori Ecclesiastici Privilegium habeant. c. 2. c. 12. c. 18. extra de F. c. quoniam (1) huic renunciaffe creduntur tacitè, eò ipsò dum Feudum receperunt, & Collegio Parium se associarunt. *Ant. Fab. in Cod. l. 3. t. 12. d. 14. & d. 16. & (2) quia natura causæ quæ secularis est, & feudalis, personam ad se trahit. Ludw. Syn. J. F. c. 1. p. m. 15. Casp. Birsch. comm. ad 2. F. 20. p. 330. inf. add. Bicc. Aur. sect. V. th 76.**

§. 69. Qv. h. l. Quando hoc Privil. allegari à partib⁹ in iudicio possit & acbeat, num ante, an post litem contestatam? R. Et quanquam regulariter omnes exceptiones dilatorix (qualis & hæc nostra fori declinatoria est. *Perez. in Præl. Cod. l. 3. t. 13. n. 14.*) in ipso litis ingressu antè L. C. opponi debeant. *l. f. C. de Except. l. 19. C. de Prob. sub pœna etiam præclusionis. R. I. de Anno 1654. §. Es soll. 37. & de An. 1570. §. demnach sollen. 89. de An. 1594. §. sehen demnach. 62. quod & in terris Electoratûs Sax. receptum est. Pr. D. t. 11. §. Es soll aber. & t. 21. §. da auch. v. Carpz. p. 1. C. 3. d. 13. n. 6. Nihilominus tamen placet Interpp. etiam post L. C. hanc utiliter allegari posse. *Vid. Treuil. V. 1. D. 3. th 10. lit. f.* Imò etiam si jam tùm in causa conclusum sit, ut tradit *Novarius de El. & Var. fori. sect. 3. q. 5. eapropter notatus à Gabr. Alvarez. de Valasco d. 11. p. 2. q. 3. n. 9. afferentes scil. illud ordinariè saltim fieri, ac propterea in extraordinario Privilegio, quale hoc est, minimè procedere, præprimis cum textus loquatur generaliter, & ratio hoc casu sit eadem cum eâ, quâ agitur de lite primùm instituenda. Posse quippè formidari potentiam adversarii vel Judicis tam processu pendente, quàm, cum primùm moveri incipit. *Vid. Scot. Ex. Jur. l. 5. t. 1. Rubr. quand. Imp. p. m. 178.***

§. 70. Cui quidem sententiæ non adeò refragamur, dummodo

do non doloso & vexandi animo id agant. Sed quod vel ignoraverint hoc Beneficium. *c. 4. extra de Except. Rec.* Quam in rem etiam interdum iuramentum malitiæ deferri potest. *vid. R. J. de An. 1654. § wie ebenmäßig 73. & §. zumahlen. 118. add. Berl. p. 1. C. 18. n. 24. usq; 28. Gail. l. 1. O. 33. n. 9. & 11.* Vel quod nova causa suspitionis seu horroris ipsi apud Judicem intervenerit, v. g. inimicitiae, conjunctio Judicis cum adversario. &c. *l. 9. pr. ff. de lib. caus. c. 41. in f. extra de App. & l. 10. ff. de Jurisdic.* Alias enim Judex semel approbatus, reprobari non potest, *l. 47. ff. Sol. Matr. l. 13. ff. de Except. ne lites fiant immortales. l. 16. C. de Jud.* Non autem allegandæ tantum sunt suspitionum causæ, sed & probandæ. *Fab. ad C. l. 2. t. 35. de 7. n. 5.* Imò nisi evidentissimè eas demonstrat, quibusdam in locis, in supplementum tenetur præstare iuramentum perhorrescentiæ. *c. 11. §. cum verò de Rescr. in 6to. Vide omnino Feltn. de Jur. Perhorresc. c. 2. §. 2. p. 6. & c. 8. §. 3. p. 46. add. Seraphin de Seraphinis tr. de Priv. Juram. pr. 7. n. 28. f. 41.*

§. 71. Horum tamen neutro gravatur is, qui initio statim iudicii ad Imp. vel summum Reip. tribunal, omisso Judice inferiore, provocat. Quod equidem in Germania nostra est certissimum. teste *Heinr. Newenhan. de Priv. Viduit. m. 3. sect. 5. l. d.* In regno vero Neapolit. non nisi sacramentò hòc præstitò admittuntur. *ut ex Vinc. de Franc. dec. 257. referi Feltn. l. c. c. 9. §. 3. 4. 5. p. 48.*

§. 72. Quod autem diximus posse Miserab. etiam post L. C. hanc fori exceptionem objicere, illud tam de illis, qui ante jamtum tales extitère; quam qui demum post L. C. aliquâ fortunæ injuriâ Miserab. facti sunt, exaudimus. *arg. l. 40. ff. de Exc. tur. vid Natta. conf. 59. n. 15. Alvarez. de Velasc. de Pr. Paup. p. 2. q. 3. n. 11.* Observandum tamen h. l. est, quod si P. M. litem apud Judicem inferiorem jamtum inchoatam ad Superiorem evocare velit, nihil in eâ innovandum sit; Sed tota causa in eo statu & prout jam cœpta est, evocari debeat. Et, si quid mutetur cum adversarii jacturâ, ea resarcienda est. *l. 79. pr. ff. de Jud. l. 75. de R. J. & l. 4. C. de Mancipat. l. 15. C. de Jud. confer omnino Scotan. Ex. Jur. l. 5. t. 1. h. p. m. 179. Gail. l. 1. O. 41. n. 1. & 2.*

§. 73. Restringitur tamen hæc nostra assertio ad eum tantummodo



modò casum, quo lis ab inferiore ad Superiorem avocatur, non verò si Miserab. iudicium coràm folio Principis hætenùs continuatum, mutare, atq; ad inferiorem Judicem ordinarium perferre contendat. Hoc enim ei non licet. Quia absurdum esset à Summo Principe ad magistratum minorem causam devolvi. *arg. c. 16. extra de Maj. & obed.* Imò talis vix à suspitione doli liber esset. *Alvarez l. c. n. 7.* Neq; procedit etiam, si ad Parem causam velit pertrahere. *arg. l. 3. in f. l. 4. ff. de Rec. Arb. l. 13. §. 4. ad SC. Treb. Nov. 23. c. 4. v. g. à Commissariis Serenisf. Elect. ad Curiam provincialem Lipsiensf. Ut ut hæc aliàs cum Supremo Electorali Iudicio Dresd. concurrentem jurisdictionem habeat, tamen uti appellatio tali casu non admittitur, ità nec hæc iudicii translatio subsistit. Procedunt autem hæc tam in prima, quam secunda instantia. *Vid. Treutl. V. 1. D. 3. th. 10. lit. f.**

§. 74. Sed Q. Si P. M. forum, ad quod vocata est, declinare velit beneficio n. L. un. *An necesse habeat adire illum Judicem & allegare fori præscriptionem; An verò emanere impunè possit? R. Dist: An citata sit ad ipsum Superiorem, an ad Judicem ordinarium? Illo casu in arbitrio ipsius videtur comparere velit nec ne. Quoniam Judex supremus Reo miserabili non est ipso Jure competens, sed accedente demùm illius assensu talis efficitur. Hinc nisi spontè velit, cogi non potest, ut invitus ipsi sui copiam faciat, aut se exhibeat. ut ait. L. n. un. Ratio est in l. ult. ff. de Jurisdic. Hoc verò in iudicium venire obstrictus est, ibiq; exceptionem suam proponere. l. 5. ff. de Jud. l. 2. si quis in Jus voc. non. & c. Alvarez de Velasco de P. P. p. 2. q. 3. n. 43. Quia Judex ordinarius tamdiu præsumitur competens, quamdiu exemptio non est probata: Quà allegatà ordinarius Judex cognoscet, an sua adhuc sit Jurisdictio, vel non? *dd. text. Gail. l. 1. O. 34. n. 3.* Atq; hæc exceptiones incompetentiæ non in scriptis apud nos, sed ore tenus debent proferri. *Carpz. p. 1. C. 1. d. 1. n. 9. & C. 3. d. 11. n. 4.**

§. 75. Imò si contumaciter emanet trina citatione vocatus, nec alium (si ipse in iudicio cõparere non possit vel ob ætatem aut infirmitatem) allegandæ exceptionis gratia mittit Procuratorem, rectè contra eum Judex pronunciare, & sententiam executioni demandare potest, *c. 6. vers. quapropter extra de Del. & contum. c. 7.*

extra

extra de App. uti quoque ita iudicatum memorat. *Ant. Fab. in C. l. 3. §. 13. d. 44.* Nisi forte legitimas suæ absentiae habeat excusationes. *Vid. c. 2. extra de Proc. l. 38. §. inf. Ex quibus caus. l. 53. §. 2. l. 60. de Rejud. l. 54. ff. de Proc.* Quò tamen casu talis *Miserab. prudenter facit*, si, modo fieri possit, terminò nondum præterlapsò Iudicì per literas absentiam suam indicet & excuset. Hoc enim factò, si nihilominus pars adversa in processu, & Iudex ad dicendam sententiam pergit, gesta sunt nulla. *Bartol. in l. 8. n. 4. ff. de in integr. rest. Wesemb. Conf. 112. n. 10. p. 3.* Quia Iudex causam absentiae habuit cognitam, quam si ignoravit, sententia quidem ipso Jure valet, sed pars læsa restituitur. *arg. l. 1. pr. vers. adverso casu ff. Ex quib. caus. Myns. c. 4. Obs. 57.*

§. 76. Cum hætenùs persæpe dictum sit posse ab inferiore Iudice ad Superiorem causas *Miserabb.* trahi, dubium suboriri potuit, *quisnam per Superiorem hìc intelligatur*: An immediate Supremus, an etiam qui certò saltim respectu Superior est. Et sane, si ex ipso verbali Legis hujus tenore respondere vellemus, soli Imperat. aut summo territorii Domino id adscribendum foret. Verùm mens & favor Legislatoris aliud suggerit. Quandoquidem hic unicò scopus fuit Imperat. Constant. ut *Miserabb. Pers.* in hoc provideret, ne inanibus sumptibus aut longinquis peregrinationibus inquietarentur ab adversariis: quem finem profectò is non undiquaq; obtinisset, concessã quantumvis facultate implorandi ipsius Serenitatis iudicium in prima instantia, nisi insimul tacitè concessisset, ut pro varietate circumstantiarum aut locorum ipsis etiam quandoq; alium Iudicem intermedium, ordinario superiorem, adire liceret. Quam sententiam fovere quoque videtur *D. Nicol. in Pr. c. 28. n. 2. p. m. 305. ubi: da ihnen fren stehet. &c.*

§. 77. Illud tamen hìc monendum restat, quod *necesse* semper sit, ut Iudex superior ab Actore *Miserab.* imploratus adversaria quoque sit *competens. arg. l. f. ff. de Jurisdic.* Ex quacunq; autem causa vel negotio Civili ipsi subjectus sit, an scil. ratione domicilii, an contractus, &c. nihil h. l. interest. Secus verò se res habet, si tantum occasione Feudi Jurisdictionem Superioris illius recognoscat. Nam tunc non in aliis præterquam solis feudalibus ex

Feudo illo ortis controversiis, coram eo conveniri potest. Quod
quidem de Jure Feudali communi satis exploratum est. *Moribus*
verò *Saxon.* & imprimis in Electoratu nostro illud *speciale* inva-
luit, ut non solum ipsi Vasalli, sed & simultaneè tantum investiti
quacunq; actione sive reali, sive personali, etiam non-feudali,
nec feudum concernente, pulsari coram Domino feudi ejusq;
Curia possint, licet in Electoratu possessionati non sint. *Carpz. l.*
6. t. 10. R. 115. n. 18. Quod expressè peculiari rescripto compro-
bavit Elect. Sax. Christ. II. An. 1610. ut videre est ap. *Carpz. l. c.*
cujus rei hanc *Dd.* reddunt rationem: quod simultaneè inve-
stiti ob spem indubitata, Jusq; firmum & radicum, quod in
feudo ex simultaneâ investiturâ consecuti sunt, non malè ipsis
Vasallis accenseantur, eorumq; nomine in d. sanctione Electro-
rali comprehendantur. *Hart. Pistor. p. 2. q. 20. n. 6. Carpz. l. 2. t. 2.*
R. 12. n. 7. & 8. ubi limitat hoc in simultaneè investitorum filiis,
Pistor. d. l. n. 20. Carpz. l. c. n. 15. 16.

§. 78. Ex his ipsis itaq; jam apparet duriolem quodammodo
esse Vasallorum itemq; simultaneè investitorum in Electoratu
Sax. conditionem, præ aliarum ditionum Fidelibus; in hoc,
quod pluribus in locis conveniri ab adversariis possint. At il-
lud etiam simul Beneficii exinde innotescit, quod, si contingat
tales personas aliquâ fortunæ injuriâ Miserab. fieri, longè pin-
gvius, præ cæteris, Privilegium ex L. n. un. quoad fori electio-
nem accipiant; dum præter Judicem ordinarium itemq; Prin-
cipem Supremum, ad Feudi quoq; Dominum provocare non
prohibentur, cum sit Judex illorum competens.

§. 79. Ad incompetentem tamen Judicem Rei Miserabb.
litem devolvere nequeunt. *Alv. d. Velasc. de PP. p. 2. q. 3. n. 60.*
Sed semper requiritur, ut Superioris, ad quem provocant, si-
mul sint subditi, aut saltim ratione litis vel negotii super quo
litigium vertitur, quodammodo sint subjecti. Undè si Personæ
M. Vasalli ab alio propter rem allodialem actione pulsantur,
ipsis haud permissum est Jure Comm. ad Dominum Feudi pro-
vocare. *a. F. 16. ibiq; Dd.* Sic neque causa quæ ad Secularem
magistratum pertinet ad Ecclesiasticum, aut vice versa, pervolvi
ab

ab ipsis nequit. *per. e. 7. inf. extra de App. conf. Menoch. A. J. Q. l. i. cas. 66. n. 5. inf. Nisi Jure Canon. tum demum quando à Judice Seculari Jus consequi non possunt. c. 11. extra d. F. C. vel de vi & possessione quæatur. c. 15. extra eod. Quamvis quoad hoc de contrariâ Diœceseos monasteriensis consuetudine testetur, Felim. de Jur. Perhorresc. c. 9. §. 8. p. 48. & 49.*

§. 80. Devolutâ autem sic ritè in primâ instantia ad Superiorem causâ, per summarium saltim processum ea ventilanda est. *Nov. 17. c. 3. Coler. conf. 41. n. 19. sine strepitu & figura judicii, remotisqve solennitatibus Juris positivi (non tamen substantialibus. vid. Carpz. l. 3. Jur. Consist. t. 3. d. 28. n. 3. & p. 3. dec. 240. n. 3.) Solâ facti veritate & æquitate inspectâ, ut ait Gail. l. 1. O. 1. n. 40. Fibig. in Proc. p. 2. memb. 1. scđ. 1. Quod si tamen ratio aut perplexitas causæ non ferat, ut summaria tantum cognitione dirimi possit, processus Ordinarius poterit decerni. vid. Ch. S. Pr. D. t. 1. §. besonders in fin. & S. Dierevell.*

§. 81. Tandem finitò processu, & insecutâ Judicis Superioris sententiâ. *Q. An appellare ab eâ liceat? R. Appellatio locum non facile invenit, nisi fortè Judex iste sit intermedius non summus. Quoniam absonum videtur provocare velle ab Imperatore. l. 1. §. 1. d. App. l. 1. à quib. app. non. add. th. 44. in fin. Vel aulico ejus judicio aut Camera Imp. C. B. D. p. 2. t. 28. §. 4. in f. R. J. A. o. 1530. §. 76. Vel Principe aliquo Imp. qui Privilegio de Non-Appellando gaudet. Cum hi nullum in his terris, quoad punctum Appellationis, recognoscant superiorem, arg. l. 9. ad L. Rhod. quem semper appellatio præsupponit. l. 1. §. 3. ff. de App. Nov. 23. c. 4. Ex æquitate tamen cum alia Juris remedia in Summis Justitiæ Auditoriis passim adinventâ sint, quibus quandoque parti læsæ adversus rigorem sententiæ à supremo læx folet subveniri, ut sunt in Camera Imp. Restitutio in Integr: Syndicatus & Revisio. C. B. D. p. 3. t. 51. 53. §. 10. R. J. 1654. §. 124. usque 130. In aulico Imp. Judicio supplicatio. Deput. An. 1600. §. 16, vid. Coll. Jur. Arg. l. 49. t. 2. th. 2. n. 1. Et in supremo Appellat: Judicio Dresdensi, Superleuteratio, die Oberleuterung. Nov. Aug. p. 1. c. 19. §. 2. ibiq, Carpz. def. 4. n. 4. 5. Ch. S. Pr. D. t. 35. Distingv. An*

An per sententiam illam lesa sit ipsa persona Mis. an ejus adversarius.
Illo casu competunt prædicta reformatæ sententiæ remedia.
Ne aliàs Beneficium n. L. un : quod in favorem earum uni-
cè introductum est, ipsis evadat damnosum, *contr. l. 6. C. d. LL.*
l. 5. §. 1. C. de Sec. Nupt. Hòc verò, non admittuntur. *facit. Corpz.*
l. 2. t. 2. R. 13. n. 13. inf. & Tulden. in Comm. h. n. 2. Quia causa
Miserabilium piæ sunt. *vid. S. Pr. D. 1. 1. §. besonders. inf. ac*
propterea quam-citissimè expediendæ. l. 6. ff. de Min : quæ autem
dilationem non recipiunt, nec ullo remedio suspensivo retar-
dari possunt. per text. express. in l. fin. pr. ff. de App. recip. Quod si
tamen moram omnem non respuant, æquius est, ut & his idem
juris concedamus. *arg. c. 11. vers. nos igitur. extra de F. C. add. Scac-*
cia. de Appell. qu. 17. ampliat. 4. n. 12. fol. 278. Multum igitur hâc in
re Sipientis judicis arbitrio tribuendum. *cum Brunnem. Com.*
ad ff. l. 49. t. 5. l. ult. n. 13. 14. Mavio. Decis. 188. part. 3. n. 13. 14. 15.
concludimus.

Exhibtâ, sIt, pro tVâ ope, tIbI gLorIa, ChrIste,
Et porrò stVDIIs perge faVere Mels.



ADDITAMENTA

AD. Sect. i. th. 1.) Literam A, voci *Constantinus*, in In-
 scriptione postpositam, *Augusti* vocabulum expri-
 mere, neminem latere existimo. Significavit enim hoc
 nomen veteribus insignem aliquem dignitatis splendo-
 rem. *Rosin. Antiqv. Rom. l. 7. c. 12.* Ideoqve cum Senatus
 Rom. Octavium majori honoris titulo excipere non
 posset, *Augustum* eum vocavit. *Svet. in vit. ej. c. 7. Joh. Cluv.*
ib. p. m. 231. Quod cognomen postea subsequentes quo-
 que Imperatores retinere, eoque hodiernum adhuc
 utuntur. Nec sine ratione; Monet enim hic titulus,
 Imp. imitari debere Augustum, ejusque exemplo,
 honestis remediis, vel amissa recuperare, vel Imperium
 dilatare. Unde est, quod Palatinus Rheni in corona-
 tione Imp. dicit: *Accipe globum sphericum, ut omnes terrae na-*
tionibus Imperio Romano subicias, & Augustus gloriosus appellari
valeas. *Sim. Schrad. de Orig. Elect. f. 42.*

Ad th. 5. I.) Solam igitur matrem orbatus pupilli nomen
 hic non meretur. *arg. d. l. 239. pr. d. V. S. junct. §. 10. de Adopt. §. 3.*
de hered. qualitat. Is vero qui in utero adhuc est decedente
 Patre, licet rigore Juris pro pupillo non reputetur. *l. 1. §.*
3. ff. und. cogn. l. 161. de V. S. tamen hic excludendus non est.
arg. l. 7. de St. hom.

Ad th. 6.) Ansam diversis his acceptionibus praebuit
 varia vocis Viduae derivatio. Nam in *l. 242. §. 3. d. V. S.*
 à particula remota *Ve* & *Duitate* deducitur. quasi sine
 duitate (*scil. conjugali*) sicut vecors; quasi sine corde. Alii
 à Particula *Ve* intensiva, & ab antiquo verbo *fdurare* h. e.
 dividere. Ut fit, Mulier à marito morte divisa. *vid. Ambr.*
Calep. h. v. & Calvin. Lex. Jur. ib. quae nominis notatio
 G nostra

nostræ quoque descriptioni magis conformior videtur. Nisi compositum quis malit à Nom. Substant *Vi* & *Iduare*, ut dicatur quasi *Vi* mortis à marito divisa.

Ad th. 9. n. 7.) Undè excludimus Prodigos contra *Covarr. pr. q. l. 2. c. 16. n. 9. Ant. Perez. in Pr. Cod. h. n. 3.*

Ad th. 17. in f.) quod & voci *Maximè* proprium esse multis ostendit *Everhard. in Loc. Topic. legal. loc. à natura dict. implicativ. n. 1.*

Ad eand. th. verb. Reus Actoris sequi teneatur. Idque si vè degant in terris Principis mediatè (ut in territorio *Baronum & Vasallorum de mero & mixto imperio investitorum*) si vè immediatè subjectis, quemadmodum post longam disceptationem in Senatu Pedemontano hanc quæstionem ita decisam ex *Thesauro. Decis. 177. refert Dan. Gehe. d. J. & P. P. M. f. 18. facit. Carpz. l. 2. t. 2. R. 19. n. 2. 3.*

Ad Sect. II. th. 35.) An Persona Illustris adversus aliam Illustrē uti possit hōc privilegiō, non obstante Austregarum iudicio? Nobis affirmativa de Jure verior videtur.

Ad. Th. 65. pr.) Quid? si Dominus duos tantum Pares habeat, & cum uno illorum litiget, alter vero suspectus non sit? R. & tunc locum habere autumo.

FINIS.

I
L
D




ULB Halle
005 803 373


3



4077







10

No 26

1675, 7^a
7/

1581

AUTHORE DEO!
Nobiliss. Facultatis Juridicae
assensu

DISPUTATIONEM JURIDICAM
de
**JUDICIO IMPERATORIS
EXTRAORDINARIO,**

ex
L. Uln. C. quoad. Imp. inter Pupillos vel Viduas &c. cognoscat.
sub moderamine

Dni. AUG. BENED. CARPZOVII,
U. J. D. & PP.

in
ACADEMIA PATRIA

die 20. Maji 1675.

Solemniter proponit

AUTOR
GOTHOFREDUS BARTHIVS, Lips.

Typis RITZSCHIANIS.

